



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

Alva y Astorga, Pedro de

Lovanij, 1663

P.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

Lectio. In libro impress. Neapoli 1628. in 8. Vide verb. Breviaria.

ORINGA Christiana sive à Cruce, Ordinis S. Augustini Itala, cum esset in civitate Assisensi in cœlum raptâ, Christum conspexit splendore suo immenso supernæ illius civitatis immensa spatia collustrantem, præ cuius radijs corporei solis lux omnis obscura quodammodo erat. Videbatur qui à vestimentis ac throno Christi absistebat splendor, materialem nostrum solè illuminare, non secus, atque sol ipse lunæ lumen cōmunicat suum. Ipsam quoque vidit gloriosam Virginem Deiparam in uno cum Filio throno consistere eodem conspicuam splendore, alba veste pretiosissima indutam. Hanc porro Augustam Reginam Angeli, ac Sancti omnes venerabantur singulari gaudio exultantes. Tunc turmatim à throno abcedere, cœlestique illa regione peragrata, iterum ad ejus se prosternere pedes, atque ab ea favoris ac benevolentia exhibitō testimonio ac benedictione imperritâ reverti, suavissimè interim psallentes, decentissimeque tripudiantes: atque id sæpius factitabant. Quæ dum fierent, prostrata ad Dei solium Oringa stuporis plenâ, cum beatis illis cœli civibus Christum, ac Christi Matrem adorabat. Compellat interim eam Christus: Miraris Christiana honorem, qui ab Angelis hodie Matri meæ gloriose exhibetur, & quâ induta est, vestem; sed scito hodie agi in cœlo celebritatem *Immaculatae Conceptionis* ejus, quæ me deinde concepit, ac peperit verum Deum ac hominem illibata semper virginitate. *Vestimenti ejus candor prærogativa est singularis innocentia, &c.* Ita Joannes Bollandus die 10. Januarij fol. 652. ex Razzio cap. 2. Marrac. in Lil. Marian. à fol. 329. & citat Cornelium Cursium in Vita.

ORIGENES Adamantius Græcus, de Morte magni Regis, pertractans illud Canticorum: *Quod abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum?* inquit: Omnes Virgines & cæteræ Sanctæ ac mundæ mulieres, convenire vos volo à sinistris, & **MARIAM** Matrem Domini mei Virginem Hebræam à dextris meis constituo. Omnes vos maculam habetis originalis culpæ desuper conspersæ per totum; sed non **MARIA**. Et idem ibidem: *O MARIA Virgo pura, & sancta carens originali decoraque, sanctior carens peccato actuali, pulcherrima & sanctissima carens quocumque veniali.* Ita Anonymus in Tractatu de Conceptione manusc. Coloniz apud Cruciferos, & apud nos in 4. qui incipit sic: *Sapientia ædificavit sibi domum. Fides hujus auctoritatis sit apud Auctorem.*

ORLANDUS Carmelitanus, edidit Tractatum pro *Immaculata Virginis Conceptione* per disputationes & numeros teste R. P. Francisco Bonæ spei Carmelitano, tomo 4. suæ Theologiæ disput. 12. dub. 5. fol. 220. colum. 2. ad finem ex Lezana.

ORLANDUS Cathaneus, Comes ac Dominus Vallis Cassentinæ prope montem Alvernæ, S. P. nostri Francisci contemporaneus ac devotissimus, exiit in Monte Alvernæ Ecclesiam sanctæ **MARIÆ** de Angelis sacram: qua de causa singulis diebus sabbatinis Missa de Conceptione ejusdem *Virginis MARIÆ* in ea à Fratribus solemniter celebratur pro prædicto benefactore Orlando. Lucas Wad. tom. 1. Annal. ad annum 1213. num. 33. Marrac. in Princip. Marian.

OSBERTUS Pickingamus, vel Pickenham, vel Bickenan, Ordinis Carmelitarum Anglus, edidit Librum unum de *Immaculata Virgine Beatissima MARIÆ Conceptione*; de quo agit Hippolytus Marraccius in Catalogo Immacul. Conc. ad ann. 1331. & in Biblioth. folio 195. Possessus, Pitæus, & Leon classe 9. & 11. Pistoia fol. 155. **OTTO** van Passouwe, Franciscanus Flander, edidit Librum sub hoc titulo: *Aureus Thronus, &c.* Et in titulo de Honore & laude Virginis **MARIÆ** ita inquit: **MARIA** adhuc magis laudanda est ante omnes qui ex matre & patre corporaliter nascuntur, quia Deus eam ab omni peccato voluit præservare, à veniali & mortali, & singulariter à peccato originali, &c. Liber est impress. Coloniz in folio ann. 1492. Sed nota, quod in impressione non sit nomen, quia liber est anonymus. In Bibliotheca PP. Carthusiens. Ruremundæ extat nomen supra positum exaratum litteris manuscriptorum: ut videre est num. 18. & etiam apud Cruciferos ibidem, numero 42.

OTTOMARIUS Lucinus, Argentineria Germanus, pro Virginis Conceptione hæc Carmina edidit:

*Desine Christiferam nativæ involvere culpa,
Quam temeras Genitrix est veneranda Dei.
Angelus haud sensit, nec Adam contagia labi,
Et Matrem hanc audes contaminare Dei.*

Ita in libro Henrici de Hallia in principio. Impress. in 4.

P.

PACIFICUS de Novarra, Ordinis Minorum Italus, in Summa dicta: *Pacifica* de sanctificatione festorum, folio 46. ad diem 8. Decembris: *De festivitate gloriose Conceptionis Dominae virginis MARIÆ.* Lib. impress. Venetijs 1579. in 8.

PACIFICUS Porri à Gera, Ordinis Minorum Cremonensis Italus, habet *Questionem: Virgo concepta in originali peccato? Responsum, neg.* quam R. P. Hieronymus Gallus Ordinis Minorum correxit, emendavit, atque typis mandari fecit Mediolani 1645. in folio.

PALAMEDES Gallalicensis Episcopus Gallus, edidit & approbavit cum aliis Decretum Provincialis Concilii Avinionensis circa *primam Conceptionem Beatissimæ Virginis MARIÆ.* De quo vide Purpur. Marian. folio 369.

PARATUS (cujus Ordinis vel nationis fuerit, ignoratur: fuit tamen Doctor antiquus) scripsit Sermones luculentissimos de Tempore ac de Sanctis, inter quos Sermo 4. de Sanctis est de *Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis*, à fol. 256. usque 258. in quo hæc habet: *Hodie Sancta Mater Ecclesia recolit, qualiter MARIA Virgo Virginum in utero matris suæ sit concepta. Circa verba proposita quatuor revera magnalia à Deo sibi facta per sanctitatem ejus tam sacram restant consideranda. Primum, quod Deus Conceptionem suam Angelica voce nuntiavit. Secundo, quod ipsa tam in utero, quam extra uterum matris suæ præ omnibus creaturis mundi mirabiliter sanctificavit. Tertio fecit ei Dominus magna ex eo, quod eam tam in utero, quam extra uterum sanctificavit; quod sic ostenditur: Cum Beatissima Virgo **MARIA** concepta fuit in utero cursu naturæ, corpus suum erat*

erat ad recipiendum animam aptatum, & statim immoſe ei Deus animam cum flamma Spiritus Sancti, meliſſime qua fuit purgata ab omni macula & rubigine peccatorum originalium. Exemplo iſto: Accipe aurum purum & mitte in teſtam puram & pone in igne: ignis ardet per teſtam & purgat aurum. Sic glorioliſſimum corpus Beatiffimæ Dei Gemitricis Virginis MARIÆ poſitum erat in teſta, id eſt, corpore Beatæ Annæ matris MARIÆ, quod per-
 ceptus ignis Spiritus Sancti, & purificavit à rubigi-
 ne, id eſt, ab omni macula omnium originalium pecca-
 torum, ſic quod in utero matris ſuæ fuit ſine peccato, ſine
 peccato vixit & ſine peccato diſceſſit, &c. Quare
 dico, quod ſicut Deus creavit ſolem clariorem
 cunctis planetis, ſic præ omnibus creaturis Beatiffimam
 Virginem MARIAM formavit pulcherrimam, quia ſine
 omni peccato. Impr. Pariſiis 1551. in 8. Vide alia ibi.

PARISIENSIS Univerſitas, edidit Librum
 anno 1387. pro Immaculata Virginis Conceptione
 contra errores Joannis de Montefono, ex quibus
 quinque ultimi eò tendebant, ut probarent Vir-
 ginem MARIAM eſſe conceptam in peccato origi-
 nali. Incipit: Apoſtolicis Petri verbis edocti.
 Erat manuſcr. in Monaſterio Sancti Victoris
 Canonicorum Regularium extra muros Pariſien-
 ſem. in 4. num. 558. in charta pecore antiquis cha-
 racteribus, habetque folia 79. de quo latam fa-
 cimus mentionem in noſtro Sole Veritatis, verb.
 Innocentius VI. & in Joanne de Montefono, ac
 in Nodo indiſſolubili latiore, & in Radiis Solis
 Veritatis.

Item, fecit juramentum defendendi Immacula-
 tam Conceptionem, ſub hac formula: Formula
 juriſurandi, quod tum à Magiſtris, tum à Bac-
 calareis Theologiæ Pariſienſis exigi ſolet, ante-
 quam in conſortium Facultatis coaptentur: Jura-
 bimus, &c. 4. Item, quod tenebitis determinatio-
 nem Facultatis de Conceptione Immaculatae Virginis
 MARIÆ: videlicet, quod in ſua Conceptione præſer-
 vata fuit ab originali labe. Et eodem modo adducitur
 pro Magiſtris; & alia diverſa pro Fratribus Men-
 dicantibus. Quæ omnia ſunt impreſſ. Pariſiis in 4.

PARLAMENTUM Pariſienſe cum Præſide,
 Conſiliariis, Procuratore Generali, & aliis per-
 ſonis aſſociatum offert cereum album Im-
 maculatae Conceptioni B. Virginis quotannis in ipſius
 die factò, in Capella Conceptionis ſita in Con-
 ventu Eremitarum S. Auguſtini Pariſiis, ut re-
 fert Anonymus Auguſtinianus in libro Recol-
 lectionis privilegiorum ejuſdem Conſraternita-
 tis, folio 42.

PARTHENIUS Critus Italus, in vita Beatæ
 Virginis MARIÆ agit de parentibus, generatio-
 ne ac Conceptione. Lib. impreſſ. Venetiis, anno
 1622. in 16.

PASCHALIS Bailon, Ordinis Minorum B. in
 libro ſuæ myſticæ Theologiæ ſcripſit de Immacu-
 lata Virginis Conceptione, ut refert Ximenius in
 Chron. cap. 34. Daza lib. de Concep. cap. 6. fol. 55.

PASCHASIUS Caniſius, Societatis Jeſu Bel-
 gi, in Theſibus de Peccatis, Legibus & Gratia
 habitis Lovanii die 21. Novemb. 1650. Conclu-
 ſione 6. de Peccato habituali, hæc defendit: *Dicitur*
de originali & illius debito Deiparam non concernunt,
que utroq; immunitis ſunt. Impr. ibidem in 4.

PATRICIUS Canorus, Ordinis Minorum
 Hibernus, Triumphum Conceptionis Beatæ Virginis
 viro artificio elaboratum edidit.

PATRICIUS Luſitanus, Ordinis S. Auguſtini
 Hiſpanus, in lib. de Variis Imaginibus in quadra-
 ginta duabus Tabellis depictis, &c. Tabella 33.
 de Virgine MARIA fol. 61. inquit:

*Surgis imago quidem ſpectabilis undiq; cunctis,
 Tam pia, tam dives, qualiſ imago ſuit.
 Quæ cum ſpectaris puris oculisq; propinquit,
 Pulchrior appares, & ſine labe magis.*

Item, Tabella 2. ſic inquit:

*Immunis tanta quæ regnas labe malorum,
 Fac nos immunes Virgo Deiq; parens, &c.*

Lib. impreſſ. Florentiæ 1621. in 4.

PAULA Maria Centuriona Genuenſis, Moni-
 lis Carmelitana, devotiſſima fuit myſterio Imma-
 culate Conceptionis quod religioſiſſimè colebat, ut
 refert Marrac. in Heroid. Marian. fol. 386.

PAULETUS de Monte Alcino, Ordinis S. Au-
 guſtini, ſcripſit pro Immaculata Virginis Conceptione
 ad annum 1642. ut teſtatur Franciſc. Maria Piſtoia
 in MARIA triumphante, corona 2. cap. 5. num. 6.
 folio 153.

PAULINUS Aquileienſis Episcopus Sanctus,
 libro 3. contra Felicem Urgelitanum inquit:
 Antequam Spiritus Sanctus veniret in MARIAM &
 virtus Altiffimi obumbraret, & hoc conciperet
 quod Sanctum vocaretur Filius Dei, ipſe uterus
 MARIÆ, quamvis mundus eſſet à peccato & ſanctus,
 tamen vilitate humanitatis erat ut lana optima
 & incomparabilis, &c. Item, paſſim vocat Virgi-
 nem MARIAM Immaculatam & Intemeratam. Vide
 Salazar ſæculo 8. Serran. lib. 2. cap. 21. num. 1.
 Leon. claſſ. 9. Euseb. Nieremberg. lib. Except.
 cap. 13. fol. 231. & in Saero-ſyllab. cap. 1. §. 2.

PAULINUS Bernardinus de Luca, Ordinis Pre-
 dicatorum Italus, fundavit Neapoli Societatem,
 Conſraternitatem vel Congregationem ſanctiſ-
 ſimi nominis Dei, cujus inſtitutum ſeu conſue-
 tudo eſt recitare Officium Conceptionis Virginis MA-
 RIÆ, ut conſtat ex libro cuius titulus eſt: Of-
 ficio della congregazione del ſanctiſſimo nome
 di Dio, è monte de poveri foto la protezione de
 Patri Prædicatori de la chieſia di S. Severo ma-
 giore de Neapoli. Impr. in 12. abſque anno &
 loco impreſſionis à folio 45. uſque 134.

PAULINUS de Lemberg, Ordinis Minorum
 Vicarius Provincialis Bohemiæ, edi curavit Tri-
 logium animæ R. P. Ludovici de Pruſia, & per
 conſequens Quæſtionem de Immaculata Concept. V.
 MARIÆ. Lib. impreſſ. Nurembergiæ 1458. in 4.
 PAULUS Abſtemicus Quinque-Eccleſien-
 ſis Episcopus Tranſylvanien. præcepit, ut feſtum Con-
 ceptionis Beatæ MARIÆ Virginis coleretur in Ec-
 cleſia Nitrien. & in tota ſua Diœceſi; ut videre
 eſt in Statutis Synodalibus Nitrien. editis anno
 1494. fol. 56. Lib. impreſſ. 1560. in 4.

PAULUS Antonius Rancius, loquens de ima-
 gine quadam Virginis MARIÆ antiqua inventa
 Bononiæ, & poſtea ipſius juſſu depicta an. 1654.
 in ſua collatione, vel altari inſculpſit ſequen-
 tem memoriam: Hoc Deiparæ Virginis MARIÆ
 ſanctiſſimæ omnium Reginae ſacrum ſimulachrum
 in ædícula Conceptionis perantiquæ Ducis Barba-
 tiani Eccleſiæ diutiſſimè ſervatum, magna ibi-
 dem à fidelibus devotione colebatur: demum
 innovato & ampliato ab Hieronymianis Mona-
 chis templo, in hoc ipſius Sacello eſt religioſiſ-
 ſimè collocatum ad perennem ejus cultum, Im-
 maculataeque Conceptionis honorem anno ſalutis
 B b b b 2 1620.

1620. die 11. Decembris. Ex ejus Epistola missa R.P. Hippolyto Marraccio ex civit. Bonon. die 24. Januarij 1654.

PAULUS Antonius de Tarsia, Doctor & Abbas Cuperfanensis Italus, in libro de Nundinis, libro 2. num. 2. *Quod Beata Virgo MARIA est rosa que spinis sine peccatorum aculeis circumscripta, nata est ab omni spina originalis macule immunis, &c.* Lib. erat sub praelo apud Joannem Elsevirium Lugduni Batavorum 1655.

Item, in Historia divæ Virginis Insulanæ & in Historia Cuperfanens. libro 3. vocat *Beatissimam Virginem MARIAM peccati carie expertem cypressum*. Lib. impress. Martii 1638. in 4. & 1649. in 4.

Item, lib. 6. Ferialium Animadversionum cap. 4. omnino defendit *Beatam Virginem fuisse immunem à peccato originali*, ubi nonnullas sacrarum Litterarum auctoritates in hunc sensum explicat.

PAULUS Aquileiensis Diaconus, in vita S. Mariæ Ægyptiacæ inquit: *Domina Virgo, quæ Deum & hominem genuisti, corpus habens & animam mundam & Immaculatam.* Ita Jacobus Milisus in præclara Palma cœlestis arcani Immaculatæ Concep. sæculo 8. ad annum 774. num. 47.

PAULUS Arezius, Clericus Regularis, & Episcopus Derthonensis Italus, in Expositione Apocalypsis: An antecederet, & independenter à peccato originali Dominus noster Jesus Christus, & ejus beatissima Mater prædestinati fuerint? Assertivè Discursum unum. Item: An consequenter loquantur, qui non nisi post peccatum prævisum Incarnationis decretum admittentes, in Virgine Deipara proximum debitum contrahendi peccatum originale negant? Discursum unum. Quæ omnia reperies latissime tractata à folio 309. usque 464. Lib. impress. Mediolani 1645. in folio.

Item, in libro de Arte prædicandi, in sexto Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ Elenchum, seu Indicem concionatorium. Impr. Venetijs 1611. in 4.

Item, in libro Italico cujus titulus est: Panegirici facti in diverse occasione. Panegyri. 9. de Supernaturali pulchritudine Virginis Mariæ, à fol. 226. de eius præservatione à peccato originali agit latè. Lib. impress. Mediolani an. 1644. in 8.

Item, in libro cujus titulus est: Tribulatio ejusque remedia Scripturis, Patrum testimonijs, exemplisque curiosè illustrata, tom. 1. in indice concionatorio habet *pro die Conceptionis sequentia*: Dum Sol in medio cœli rectè est super caput nostrum, eunctas diffugat umbras. Christus Sol verus in medio habitabat B. Virginis. Deus in medio ejus non commovebitur, ideoque nullam in ea permittit peccati umbram. Sancta quoque Ecclesia in Conceptione ejus illam Sole amictam exhibet, ut nobis indicet ei nunquam lucem gratia defuisse. Terra solum maledicta, non verò mare: quia MARIA ab omni maledictione excepta esse deberet, &c. Lib. impress. Tortonæ 1624. & Antuerpiæ 1651. in 4.

PAULUS Aznar, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in libro: De los Milagros de nuestra Señora del Remedio, Epistolam dedicatorem ad Beatam Virginem concludit sic: *A labada sea la Concepcion de MARIA Santissima.* Item, tract. 1. cap. 1. in vita Dei Genitricis, fol. 2. *Quod ipsa Dei Mater fuit in sua Conceptione præservata à peccato originali.* Vide alia in eodem libro, in cujus etiam principio adducit imaginem Immaculatæ Con-

ceptionis. Lib. impress. Barchinone 1626. in 8. PAULUS de Barri, Societatis Jesu natione Gallus, in libro: Magnificentiæ Dei erga Matrem suam, fol. 159. ad diem 8. Decembris, *pro Conceptione beatæ Virginis Mariæ auctoritates Sancti Germani, & Sancti Bernardi.* Lib. impress. Coloniae Ubiorum 1649. in 24. & Lugduni 1642. in 12. Vide verb. Martinus Sivenius.

Item, in libro dicto: Le Paradis ouvert à Philagie par cens devotions à la Mere de Dieu, fol. 382. cap. 13. octo devotiones ad Matrem Dei pro festo, & octava suæ Immaculatæ Conceptionis die 8. Decembris, ubi latè agit de hoc mysterio & præservatione & officio Alphonsi Rodriguez, &c. 1649. in 12.

PAULUS Becourt, Ordinis Minorum Flander, in Theibus habitis Duaci 21. Aprilis 1641. folio 15. de Beata Virgine MARIA, hæc habet: *Beatissima Virgo MARIA prima est inter omnes creaturas prædestinata. Sic fuit à peccato originali præservata, ut nullo unquam instanti illud contraxerit: imò nec debitum habuerit illud contrahendi, &c.* Impe. Duaci eodem anno in 4.

PAULUS Bermolanus, Ordinis Carmelitarum, scriptit Librum de Puritate Virginis Mariæ. Ita Cafanate & Leon classe 6. & 9. & P. Ludovicus Jacob à S. Carolo in Biblioth. manusc. Carmelitana. Ex Mariana.

PAULUS Bocius Beronensis Italus: *Quod Beata Virgo MARIA ex speciali privilegio fuit præservata à peccato originali*, in libro dicto: Thebaida sacra, part. 2. discurs. 34. folio 134. impress. Venetijs 1625. in 4.

PAULUS Boudot, Episcopus Atrebatensis, in prima 2. à se edita, in corpore articuli 3. quærit. 81. addidit: *saltem in potentia (propter beatam virginem) si non omnes actu.* Ita P. Herinx, fol. 172.

PAULUS Brizius, Ordinis Minorum, in lib. Seraphica subalpinæ D. Thomæ Provincie monumenta, &c. folio 221. inquit: *His auspicijs ædificato Monasterio P. Fr. Benignus à Genua tenacissimus Immaculatæ Conceptionis affector & acerrimus eiusdem propugnator, cum semel multis nominibus Mariæ obnoxium profiteretur, et artissima Conceptionis nomen indidit.*

Item, infra fol. 329. inquit: *Sixtus à Reparato cujus summum & præcipuum studium erat, suavissimum nomen Jesu & Immaculatæ Deiparæ laudes verbis & scriptis prædicare, &c.*

PAULUS Budinmiro Vich Hybernus, Ordinis Minorum, Disput. *pro Immaculatæ Conceptione, &c.* Vide Francisc. Molloy.

PAULUS Carraria del Casal Montis Ferrati, Ordinis Prædicatorum Italus, in litterali ac mystica Regularum juris Canonici interpretatione & veritate, tom. 2. regula 5. juris Canonici: *Peccati venia non datur nisi correcto*, articul. 3. inquit: *Utrum Beata Virgo omnino à quavis labe peccati munda fuerit, ita ut non egerit aliqua correctione nec egere potuerit?* à fol. 188. agit latè de sanctificatione Virginis à peccato originali per tria puncta, ubi plura dicit pro utraque opinione, quorum primum sic incipit: *Quoad primum enim, advertendum antequam aliquid declaremus circa hujusmodi quæsitum, quod non intendimus investigare, an B. Virgo summum puritatis gradum habuerit: siquidem hoc jam quæsitum est à nobis in 3. articulo Regulæ secundæ. Cæterum quæ-*

quoniam fuerit radix hujus summæ puritatis, quam præsupponimus fuisse in B. Virgine; an (inquam) illius sanctificatio, virtute cujus penitus remanserit munda ab omni contagio & forde peccati, vel sic quod nullo modo contraxerit originale, sed singulari dispensatione fuerit ab illo præservata, &c. In puncto 2. habet Summaria 28. in puncto verò 3. alia 28. & num. 16. inquit: Ego juxta illud Gregorij super Prophetam malo alieno intellectui credere, quam contentiōibus deservire, salva fide. Ut quid ego audere volo, quod non audeat sancta Mater Ecclesia? Videant utique opinantes Bullam, quæ adhuc me scribente emanavit à sanctissimo Paulo V. super hac re, &c. Cùm ergo Bulla illa Pauli V. quæ incipit: Regis pacifici, sit in favorem Conceptionis, & illa quæ postea emanavit à Gregorio XV. videtur quòd Paulus Carraria senserit Virginem MARIAM fuisse conceptam absque originali peccato, licet in præallegato libro propter timores nocturnos videatur problematicus, imò quòd impugnet Seraphinum Porretham ejusdem Ordinis Prædicatorum, quia dixit in hac materia Conceptionis verba, quæ suo loco dabimus ex eodem Carraria transumpta. Liber extat impress. Bononiæ apud hæredes Joannis Rossi, anno 1617. in fol. magno.

PAULUS à Sancta Catharina, Ordinis S. Augustini Gallus, in libro: L'extrait Sacré des maximes & raisonnemens sur les Evangiles du Careême, fol. 640. sermone de Annuntiatione, ad illa verba: Tota pulchra es: Quòd B. Virgo fuit tota pulchra, absque aliqua macula & defectu aliarum creaturarum, quia fuit pulchra anima & corpore, &c. Impress. Parisijs 1648. in 8.

PAULUS Comitolius, Societatis Jesu Perusinus Italus, circa Conceptionem Virginis MARIÆ & Prædicationem mysterij Immaculate Conceptionis juxta Constitutionem Pij V. Quæstionem unam, quæ est in ordine 40. in libro Responsum Moralium, fol. 743. Impress. Lugduni 1600. in 4. regali.

PAULUS Condestable, Ordinis Prædicatorum, scripsit pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione. Andrea de Peruzzinis in tract. de Concept. art. 2. Joanne Euseb. lib. Except. cap. 23. fol. 356.

PAULUS Cortesius, Protonotarius Apostolicus, in disputationibus super quatuor libros Sententiarum, lib. 3. fol. 27. à tergo de Conceptione Virginis, sic incipit: Utrum Dei Mater originis sit polluta labe, contentio acerrima exoritur. Nam Divus Thomas quasi nihil sit de quo minus dubitari possit, eam originis nexu obstrictam fuisse censet, &c. contra quos maximè concurrunt argumenta Cæsonum Phalanx, quorum è numero Aquila Theologorum Scotus vehementer hujus sententie fatorem urgere conatur. Et adductis argumentis utriusque Scholæ circa Immaculatam Virginis MARIÆ Conceptionem, concludit distinctionem seu capitulum his verbis: Nos verò in tantula caula, ne quid nobis negotij inficiendo aut probando contrahant, rem integram ad expendentium judicia referri volumus. Lib. impress. Lovanii 1515. in folio. Hic Auctor seu miles pro nobis est, licet trepidaverit ubi non erat timor; non, quid inde?

PAULUS de la Cruz, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Quintoquinio de Encomios de los Santos que se cantan en sus festividades, in

in Epistola nuncupatoria ad Virginem Deiparam, inquit: Inde nec antiqua traxit contagia culpa, &c. Item, in Epistola dedicatoria, inquit: Como al punto que el Alma venturosa de Dios criada al cuerpo de la vida:

Niel le pegò la culpa contagiosa
Que en Adam fue de todos cometida.

Item, in Sermone de Sancta Anna matre Virginis MARIÆ passim vocat ipsam absque omni macula & culpa, & quòd non peccavit in Adam, & quòd fuit prima prædestinata post Christum ante prævisionem peccati, &c. Lege folium 58. sed præcipuè, à fol. 95. usque 218. à tergo. Lib. impress. Vallisoleti 1602. in 4.

Item, edidit Vallisoleti Mariale de Laudibus ac festivitibus Virginis MARIÆ in 13. tractatus divisum, in quo agit de eius Immaculata Conceptione. Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo ad an. 1614. Waddingus huius Operis meminit, fol. 273.

PAULUS Emissenus, Homilia de Nativitate Domini relata in Concilio Ephesino, part. 3. Naturam namque nostram perfectè assumptam, humanitateque ex prima Conceptione sibi conjuncta, ac nostro corpore sibi in templum coaptato. ex Deipara Virgine Deus perfectus & homo itidem perfectus prodiit, &c. Eusebius Nicemb. in lib. Except. cap. 13. fol. 184.

PAULUS Falscius, Jurisconsultus Lombardus, in lib. Praxis Episcopalis, & quæ officium & potestatem Episcopi concernunt, &c. adducit Bullam Sixi IV. & Pauli V. pro immunitate Virginis MARIÆ. Lib. impress. Colonia Agrippinæ 1620. in 4.

PAULUS Francosus, Benacensis Doctor, in libro Resolutionum ex penetrabilibus peritorum Theologorum depromptarum, folio 132. sic dicit: Pro cuius itaque quæstionis evidentia sciendum est, quòd Conceptio capitur tripliciter. Uno modo pro conceptione feminum. Secundo pro formatione membrorum. Tertio pro unione anime ad corpus. Conceptio feminum est, quando duo semina, scilicet viri & mulieris simul uniuntur, & vocatur mixtio seminalis. Conceptio verò secundo modo sumpta est, quando est in matre in qua formatur corpus, quia secundum B. Augustinum, primò est sub forma lactis per sex dies, & per 10. sub forma sanguinis, & per 12. fit solidatio membrorum, & per 18. fit complementum corporis humani, & sic sunt 46. dies. Sciendum tamen est, quòd requiruntur 46. dies ad corpus organizandum viri, & mulieris 83. Christi autem natura assumpta non stetit per plures dies, sed in instanti fuit à Verbo divino assumpta, & in instanti corpus ejus organizatum fuit. Tertio modo conceptio est infusio anime in corpus, & sic in illo instanti, in quo corpus est organizatum, Deus creat animam & infundit corpori. Unde in ista quæstione quaeretur de Conceptione tertio modo capta. Item: An caro Christi antequam esset de Virgine separata, materialiter sicut reliqua caro MARIÆ fuerit peccato obligata? Lib. impress. Brixie 1595. in 4. Licet Auctor iste nihil dicat pro nec contra, circa acceptionem Conceptionis, tangit punctum difficultatis.

PAULUS de Heredia, natione Hispanus, de Conceptione Immaculata Beate Virginis MARIÆ Tractatum insignem ad Innocentium VIII. quem Coronam Regina appellavit. In 4. extat absque annotatione im-

no impress. ad annum 1484. & incipit: Saepe numero contemplatus.

PAULUS Ibañez de Alarcón, Poëta Hispanus, edidit Opusculum sub hoc titulo: Breve discurso de las excelencias de nuestra Señora y su pura Concepcion. Impress. in charta expania Matrivi anno 1635.

PAULUS Joseph de Arriaga, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Directorio Spiritual, folio 56. ad Matutinum Conceptionis inquit: *Virgen purissima alabenos los Angeles por que suesiste concebida sin mancha alguna de pecado, &c.* Impress. Lima 1608. in 16. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Item, traduxit Tractatum de Perfectione Religiosa P. Luca Pinelli, & consequenter Litaniam Deiparæ Virginis ex sacra Scriptura, ac precem: *Per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos Domina. Impress. Barchinone 1610. in 12.

PAULUS Kozlovukius Uritslaviensis, Societatis Jesu, edidit Librum sub hoc titulo: Fasciculus Congregationis Beate MARIE Virginis sub titulo *Immaculatæ ejusdem Conceptionis* & felicissimi ex hac vita transitus, Varsavia &c. Et fol. 288. adducit officium *Immaculatæ Conceptionis Beate Virginis MARIE* P. Alphonsi Rodriguez. Vide alia quamplura ibi. Lib. impress. Varsavia 1652. in 12. parvo.

PAULUS de Luca, Ordinis Minorum Italus, de *Conceptione Virginis MARIE* Sermonem excellentissimum seu Symbola, ubi varijs rationibus probat ejus immunitatem. Eum citat Andreas de Peruzzinis in Analyti purissimæ Conceptionis, art. 2. fol. 98. ex Bernardino de Bustos, Serm. 6. & Waddingo, folio 272. Marracc. ad ann. 1467. & in Biblioth. folio 211.

PAULUS à S. MARIA Avinionensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini Gallus, in libro: *Vietricis MARIE* Deiparæ Epinicia de peccato, de serpente & de morte, in verba de ea Evangelica Caput *de Prædestinatione Beate V.* ubi adducit quinque pulchras sectiones pro mysterio Conceptionis. Item, fol. 41. de *Conceptione B. MARIE* Deiparæ quartum Caput. Sectio 1. *An Beata Virgo Deiparæ fuerit sine peccato originali concepta?* tradunturque de hac re variæ sententiæ; pag. 41. Sectio 2. *Probat* alijs rationibus *Immaculatam Virginis Conceptio*, pag. 43. Sectio 3. *Immaculatam Virginis Conceptio* demonstratur ex Scriptura & ex Patribus, pag. 45. Sectio 4. *Eisdem* rationibus, quibus D. Paulus dissuadet fidelibus matrimonium cum infidelibus, *probat* *Immaculatam Virginis Conceptio*, pag. 46. Sectio 5. *Ex dignitate maternitatis Virginis MARIE* infertur *Immaculatam ejus Conceptio*, pag. 47. Sectio 6. *Quod* Virgo fuerit instar auroræ novi sæculi, *que* sugavit omnes tenebras peccati, pag. 49. Sectio 7. *Beata* Virgo comparatur throno Salomonis, cui nulla unquam creatura similis extitit, *ed* quod omni peccato caruit, pag. 52. Sectio 8. *Quod* nulla facta sit mentio in Scriptura de ejectione Evæ à paradiso *ad* *immendam Immaculatam Virginis Conceptionem*, pag. 54. Sectio 9. *Ex fructu*, quem edidit Virgo, nempe Christo, *ostenditur* *illam* fuisse immunem ab omni peccato, pag. 55. Sectio 10. *Solvuntur* rationes, quæ fiunt *contra Immaculatam Virginis Conceptionem*. In his omnibus & deinceps apprime ostendit suam mentem, & Virginis MARIE Immaculatam Conceptionem. Lib. impress. Lugduni 1660. in folio magno.

PAULUS de S. MARIA, Episcopus Burgenis, atque Regni Archicancellarius Hispanus, in Scrutinio Scripturarum recognito ac restituro per Magistrum Fr. Christophorum Sanctosilium Augustinianum Burgensem, part. 2. distinct. 2. fol. 373. inquit: Circa quod notandum est, quod solum de humilitate sua fecit mentionem, quæ est fundamentum virtutum (ut dictum est) non autem de virtutibus alijs ædificatis super hujusmodi fundamentum, licet omnes plenè habuisset, quæ gratia plena per Angelum restituro fuisse. Item, ibidem cap. 6. fol. 383. In libro enim illo qui dicitur Alchoranus, in quo prophana lex Mahometica continetur, meminisse me legisse, quod in omnibus hominibus habuit aliquam potestatem sathan præterquam in Jesu & Matre ejus. Ex quo constat, quod etiam apud Sarracenos *Beata Virgo reputari dicitur sanctæ*. Lib. impress. Burgis 1591. in folio.

Item, part. 2. dist. 2. cap. 3. fol. 377. inquit: Ideo *Beata Virgo*, in qua erat plenitudo gratiæ, & per consequens virtutum, solum humilitatem testatur se habere, non autem alias virtutes superædificatas, quas indubie habuit, cum plena gratia fuit, &c. Habere plenitudinem gratiæ non videtur bene consonare cum peccato originali. Item, infra cap. 4. explicans illud: *Liber generationis Jesu Christi*, de filiatione Christi ac maternitate MARIE, & quomodo Filius secundum veram generationem naturalem succedit Patri in bonis naturalibus corporis, inquit: Ut in bona habitudine seu complexione, ut de gigantibus legitur *Genes. 6.* quam etiam in bonis animæ, &c. De hoc auctore vide quæ dicimus in Sole & in Radiis: nam adducitur ab Adversariis pro sua opinione. Item, fuit in Concilio Basiliensi, & cooperatus est in decreto *de Immaculatam Virginis Conceptione*, ut recit Vega Palest. 3. cert. 10. fol. 96. num. 321. Sed ego credo quod non fuerit Paulus Burgenis qui interfuit Concilio Basiliensi, sed filius ejus qui erat Canonicus ejusdem Ecclesiæ Burgenis, & ejusdem auctoritatis cum Alphonso Toisato, Joanne de Segovia, & Joanne de Turrecremata, qui quidem omnes fuerunt gravissimi atque doctissimi Hispani.

PAULUS de Messa, Ordinis Minorum Hispanus: *Quomodo Conceptio Immaculatæ Virginis MARIE* sit protectrix & patrona Seraphicæ Religionis, ac de statuto facta in Capitulo Generali Toletano circa purissimam Conceptionem. In Historia seu Actis Capituli Generalis ann. 1645. à tergo, & fol. 7. Impress. Matrivi 1645. in 4.

PAULUS Metzelus Gallus, Congregationis Oratorij Jesu CHRISTI, in libro: *Theologia sacra* juxta formam Evangelicæ Prædicationis distributa; Hebdomada sancta cum corollario festivitatum Beatissimæ Virginis MARIE Matris Jesu CHRISTI; ac primò *de Immaculatam Conceptionem Virginis* Sermonem, à fol. 252. Lugduni 1624. in fol.

PAULUS Minerva Barenis, Ordinis Prædicatorum Italus, in Sententijs Paræneticis Nili Episcopi & Martyris è Græco in Latinum conversas, &c. Scholio seu Commentario 188. fol. 193. inquit: Fuit secundò Virgo in partu tripliciter. Primò ratione nascentis; secundò ratione effectus Incarnationis; tertio ratione Matris. Ratione nascentis primò; quia si Verbum non tantum in corde absque corruptione concipitur, sed etiam ex eodem absque corruptione procedit, cur & Christus cum corruptione nasci voluit? Secundò ratione

ratione effectus Incarnationis: quia si in mundum venerat ut nostram corruptionem tolleret, quomodo de Matre corrupta nasci volebat, cum nascendo Matris virginitatem sacraverit? Tertio, ne Matris honorem nascendo minueret, &c. Virgo itaque fuit beatissima **MARIA** Mater Dei ante partum, in partu & post partum. Igitur non commendanda est virginitas & castitas, cum illarum cogitatum propter nos incarnatum Christum exhiberit, non nisi *Virgo Immaculata*, &c. Jam vides, o Lector, quomodo vocat Virginem Immaculatam, quod est nostrae sententiae protestativum sive Virgini tribuatur, sive Conceptioni, de quo tractata elaboravi specialem: & aliqua extant in nostro Armamentario Seraphico & in Assertionibus Capitularibus. Deinde nota, quod si Christus non voluit nasci ex corrupta Virgine corpore, quid dicendum erit de virginitate sive incorruptibilitate animae? Ego existimo, quod honor Virginitatis magis minueretur in corruptione animae, quam corporis: quia haec poterat esse absque culpa, illa verò non. At parum refert, an pro pia opinione militet, an contra eam.

PAULUS Morigia, Ordinis Iesuatorum Sancti Hieronymi Italus, in libro: Tesoro precioso de Milanesi, nel quale si raccontano tutte l'opere de caritate Christiana, è limosine che se fanno nella Città de Milano, &c. à fol. 113. agit de Schola Conceptionis sita in Conventu S. P. N. Francisci, & eleemosynis ab ipsa fieri solitis in die Conceptionis, & alijs &c. Lib. impress. Mediolani 1599. in 8.

Item, in libro Vitae Dominae nostrae gloriosae Virginis **MARIE**, de eius Conceptione ac Nativitate cap. 21. à fol. 1. usque 6. Lib. impress. Mediolani 1593. in 8. cum imagine Immac. Concept.

Item, in suo Summario Chronologico de Institutione sibi vitatis Conceptionis Virginis **MARIE** à Sixto IV. Pontif. Maximo, &c. Lib. impress. Bergami 1601. in 4.

Item, de Historia, Origine atque Devotione Dominae nostrae de San Cello Mediolanens. cap. 8. folio 34. inquit: La Vergine **MARIA** sempre rende odore, mai se corrompe per alcuna macchia, è sempre acerebbe nell' Alteza dell' vertu, &c. Eadem repetit infra, cap. 11. fol. 42. Lib. impress. Mediolani 1594. in 8.

Item, in libro: Historia della famosa fontana de la Madona de Caruggio, folio 65. cap. 16. & 17. de la bellezza di **MARIA** Virgine &c. Vide ibi. Lib. impress. Bergomi 1599. in 4.

PAULUS Musconius, Archipresbyter Soncinatis, in libro Mariados, libro 1. fol. 1. sic incipit:

*Quae Virgo atbeream partu dedit integra prolem,
Spiritus omnipotens dicit tu mihi, cuius ab astra
Concepit secunda mali, quo praeside casus
Atq. omnes potuit superare invicta labores?*

Impress. Bergomi 1598. in 4.

PAULUS Orofius, Presbyter Hispanus Tarracoenis, in Epistola ad Eustochium, inquit: Cora Deo novi & in veritate comperi, quod nulla mulier in partu periclitatur, supra quam devotè Matris gratia imploratur, & dies Conceptionis eius celebratur, &c. Ita Baling. in Kal. Marian. Maur. à Villa probata. Euseb. Nieremb. lib. Excep. capite 13. fol. 147. Roder. Car. fol. 114. & alij quamplurimi.

PAULUS de Palacios Hispanus, in cap. 11. Matthei ad illa verba: Inter natos mulierum non sur-

rexit major Joanne Baptista, eximit Virginem à peccato originali, ratione quidem pulchra. Lib. impress. Venetijs 1581. in 4.

PAULUS de Paulis Jadrensis, scripsit vitam Clementis, & quae contigerunt in controversia cum Joanne de Montefono circa *Immaculatam Conceptionem*. Ita Odoricus tomo 17. ad an. 1367. num. 14.

PAULUS Quartus Papa (antea Joannes Petrus Caraffa dictus) Neapolitanus, pro Ordine Monialium *Conceptionis V. MARIE* diplomata varia, indulgentias & gratias concessit. Marrac in Pont. Marian. folio 195.

PAULUS Quintus (Camillus Burghefius antea dictus) Italus, de *Conceptione Beatissime V. MARIE* Bullam insignem. Velazquez libro 4. de *MARIA* Immaculate concepta disert. 6. adnot. 1. folio 347. De his vide verb. Bullae.

Item, dedit Constitutionem seu Decretum illud celebre editum anno 1617. feria 5. die 31. Augusti in Generali Congregatione S. R. Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, & incipit *Sanctissimus Dominus post longam & maturam discussionem*, &c. Extant apud nos Originalia manuscripta & impress. seorsum in Camera Apostolica, & in Bullario Romano & Parisiensi.

Item, concessit indulgentias recitantibus illam Antiphonam: *Hae est Virgo, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit*, &c. cum Oratione: Deus, qui per Immaculatam.

Item, approbavit Breviarium Toletanum, in quo est *Officium Conceptionis Beatæ MARIE*. Impress. Martini 1593. & postea Antuerpiae 1616.

Item, vivæ vocis oraculo à Sanctissimo Paulo Papa V. Fratres totius Ordinis obtinuerunt, ut possent facere omnibus diebus Sabbat. festo novemlectionum non impeditis *Officium Immaculae Conceptionis* sub ritu semiduplici recitando *Officium proprium*, scilicet: Sicut lilium. De quo habemus praesens rescriptum. Pompeius divina miseratione tituli S. Balbinæ S. R. E. Presbyter Cardin. Aragonius nuncupatus, totius Ordinis S. Francisci Protector, Corrector & Gubernator universis & singulis praesentes litteras inspecturis, lecturis pariter & audituris. Notum facimus & attestamus, qualiter die 19. mensis Januarii anno ab orbe redempto 1609. sanctissimus Dominus & in Christo Pater D. N. divinam providentiâ Paulus PP. V. suo vivæ vocis oraculo nobis factò ad instantiam & supplicationem admodum R. Patris Fratris Ludovici à sancto Joanne Evangelista ejusdem Ordinis in Romana Curia Commissarij Generalis Ultramontanae Familiae propter eximiam devotionem, quam ipse habet in *Deiparae Virginis Immaculatam Conceptionem*, concessit quod omnes Fratres totius Ordinis nostri praedicti omnibus diebus Sabbatin. festo novemlectionum non impeditis, possint recitare *Officium Immaculae Conceptionis*, quod incipit: Sicut lilium, sub ritu semiduplici. In quorum omnium, & singulorum fidem ac testimonium praemissorum praesentium manu nostra subscripta per Secretarium nostrum, & subscribi ac sigillo quo utimur in similibus iustissimus communiti. Dat. Romae in Palatio nostrae solitae residentiae sub anno partae salutis 1609. die 21. Januarii Pontificatus ejusdem Sanct. Domini nostri an. 4. Locus ✕ sigilli. Pompeius Cardinalis Arag. Protector. Franc. Forentilius Secretarius. Concordat cum originali ad unguem. Dat. die 30. Januarii, an-

rij, anno 1609. Fr. Ludovicus de S. Joanne Evangelista Commillarius Gener. Curia in hoc Conventu Aracelitano die 5. mensis Martij, anni 1652. Ego infrascriptus Secretarius de mandato admodum R. Patris Procuratoris Generalis extraxi transumptum de sup. ex Registro Religionis tom. 2. folio 99. & collationatum, fidem facio, quod concordat de verbo ad verbum. Dat. die, mense & anno ut supra. Ita est: Fr. Marcus de Reluz Secret. Gener. Curia.

Item, tempore Urbani VIII. Pontificatus ejus anno 19. obtento à fael. record. Paulo Papa V. viva vocis oraculo per bonæ mem. Cardinalem Aragonum Franciscanæ Religionis Protectorem, ut Religio Franciscana singulis Sabbatis non impeditis festo novemlectionum licite recitare posset *Officium Conceptionis Beatae Virginis*, quod incipit: Sicut lilium, sub ritu semiduplici prout ab illo dicta concessionis tempore uique in præsens recitatum est omisso feriali officio; sed revocatis postea per S. D. N. Urbanum VIII. viva vocis oraculis, eadem Religio supplicavit Sanctissimo pro licentia continuanda non obstante supradicta revocatione; & supplicatione per Sanctitatem suam ad Sanct. Petri Congregationem remissa, sacra Congregatio censuit, si Sanctissimo videbitur, posse continuari non obstante prædicta revocatione, exceptis Sabbatis Quatuor temporum, Vigiliarum, Adventus & Quadragesimæ, in quibus officium de feria non omitti mandavit, & Sanctissimo annuit. Die 11. Novembris 1641. C. Cardinal. de Torres. Julius Cincius Secret.

PAULUS Restius, Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Monomachia hominis & serpentis, libro 2. cap. 7. Quanam sit illa mulier, quæ allegoricè hic intenditur; & utrum aliqua per Scripturam intendatur, quæ caput serpentis conterat? inquit: Caput diaboli contrivit Christus; *MARIA* vero, quod ea natura ab ipsa propagata sit: contrivit enim per femur suum, quia Christum huic mundo suo partu edidit: conterit etiam serpentem singulari aliquo dono gratiæ, sicut aliæ mulieres secreto aliquo dono naturæ. Post enim *Filiam suam* in gratia secundas obtinet vicem meritis enim crucis Christi, cujus ipsa existit compatiensissima, furorem serpentis repellit & conterit. Item, infra: Etenim Eva defecit in affectionibus post lapsum, cunctique ejus posterius, uno excepto Christo, qui per ulnam Crucis suæ defectum affectionum nostrorum sustentat, ne invalidi contra diabolum reddamur. Inde ergo hæc regula. *MARIAM* vero hac in re vel singulariter præservavit, vel sanctificatam ita custodivit, ut nunquam defectum in mystico calcatu senserit, sed à principio suæ sanctificationis nihil cum serpente voluerit habere commune. Vide à fol. 110. usq; 116. Lib. impr. 1519. in 8. sed est error typographice; nam fuit impressus 1619. cum imagine Immaculatæ Conceptionis in principio.

PAULUS de Rivera, Ordinis S. Augustini & Episcopus Guatimalensis in Indiis, Hispanus, edidit Hispanicè: *Relacion por el principio santo y Conception Immaculada de MARIA*. Impress. Vallisoleti 1651. in fol. Alia parata habebat pro eadem Immaculata Concept. Utinam lucem viderent!

PAULUS à Rovado, Ordinis Prædicatorum, part. 4. Orat. 1. agit de immunitate Virginis à peccato originali. Serranus lib. 2. cap. 30. num. 25. Leon classe 9. Pistoia fol. 162.

PAULUS Sherlogius, Societatis Jesu Hibernus, in Cantica Canticorum volum. 2. cap. 1. v. 4. vestig. 6. sect. 3. fol. 210. *Quod MARIAM originaria labe sedatam* Canticorum textus non permittit. Item, vestig. 10. v. 9. sect. 2. *Nam ab originali culpa debito proximo liberat* antiphonæ Virg. Dei Mater, & *Adamo* quævis peccante nec cum illo, nec in illo ipsa peccaverit? aliquid de ejus productione singulari per totam sectionem à fol. 345. usque 350. Impress. Lugduni 1637. in folio.

Item, tom. 3. cap. 4. v. 4. vestig. 29. sect. 10. *Quod Beata Dei Mater omnis labis fuit experta*, per totam sectionem. Item, *Quod Depura à primo Conceptionis instanti ulus rationis concessus fuerit*, cap. 5. v. 2. vestig. 22. Item, cap. 7. v. 1. vestig. 3. sectione unica de festa Conceptionis. ac decretis Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. num. 59. Item, vestig. 37. fol. 590. *Quod Depura absque originali labe fuerit concepta. nec originalis labi debitum contraxerit*. Lib. impress. Lugduni 1640. in folio, & 1637. in folio. Alia multa invenies in ejus libris tomis, quæ Virg. *MARIA* maxime à peccato originali, & ejus Immaculatam Conceptionem adstruunt.

PAULUS de Spinosa de los Monteros, Presbyter Hispanus, in Theatro sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Hispanensis, fol. 71. de Capella Mariæ Magdalenæ, in qua est Capellania Conceptionis Domine nostræ. D. Franc. de Lugo, &c.

Item, de Capella S. Joannis Baptistæ D. Francisci de Molina, in qua est pulcherrima imago purissime Conceptionis, quæ inspecta vivificat animas, &c. Lib. impress. Hispani 1634. in 8.

Item, in libri 1. parte 1. de la historia antiguas y grandezas de la muy Noble y Real Ciudad de Sevilla, lib. 8. à fol. 120. cap. 1. de Devotione D. D. Petri de Castro y Quinones Archiepiscopi Hispanensis ad Immaculatam Virginis Conceptionem late; & de Epistola Regis Hispaniarum ad eundem missa, & totius Capituli ad Regem, & altera ad Dominos Mathæum Vazquez & Bernardum de Toro, & de illa missa à toto Capitulo ad Summum Pontificem Paulum V. & de Indulgentia ab ipso concessa, & de Antiphona: Hæc est Virga, &c. Item, cap. 2. sub hoc titulo: Del juramento que hicieron el Arzobispo D. Pedro de Castro, Dean y Cabildo, Asistente y Regimiento desta Ciudad en servicio de la Inmaculada Conception de la Emperatriz de los cielos. Item, cap. 3. Del insigne torneo que los Gorreros y Sederos desta ciudad de Sevilla hicieron à honra de la Inmaculada Conception de la Virgen nuestra Señora, ubi omnia sigillatim refert à fol. 225. usque 229. Vide etiam cap. ultimum, ubi agit de eadem materia. Item, cap. 4. Del segundo Decreto que la Santidad de Gregorio XV. dio en favor de la Inmaculada Conception, y de las processiones y fiestas que se hizieron por el en esta Ciudad de Sevilla, &c. à fol. 130. usque 136. & caput 5. est de eadem materia Immaculatæ Conceptionis.

PAULUS de Tauris, Ordinis Minorum Hungarus, sub hoc titulo: Antologia Mariana subtili Coriphæi industria ex amplissimo, amoenissimo, fragrantissimoque ejusdem Matris Virginis arcanorum viridario in hoc Polly-tetracolon collecta, &c. de Conceptione Virginis *MARIE* pag. 4. per totam. Romæ 1654. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

PAULUS Tertius Papa (Alexander Farnesius antea vocatus) expedit Bullas seu Pontificia diplomata pro confirmatione Religionis Sanctimonialium *Immaculatae Conceptionis* & ipsarum privilegii. Vide R. P. Hippol. Marrac. in Pontific. Marianis fol. 89.

Item, expedit quampures Bullas pro mysterio *Immaculatae Conceptionis* in communi; ut videre est in nostro Nodo atque Indiculo Bullarum Seraphici, part. 2. à fol. 200.

Item, ejus Pontificatus anno 13. fuit factum Decretum illud celebre à Sacro Concilio Tridentino de exemptione *Virginis MARIE* à regula generali & peccati originalis universalis contractione, ut videre est sess. 5. ejusdem Concilij. Vide Joan. Ant. Velazquez de *MARIA Immaculatè* concepta, lib. 4. dissert. 2. adnot. 2. Armament nostrum, & omnes Scriptores modernos, præcipuè Petrum de Perrea Episcopum Arequipensem.

PAULUS Venetus, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Tractatu de Conceptione *Deiparæ Virginis MARIE* improbat & falsitatis arguit sententiam affirmantem vitiatam fuisse Conceptionem illam peccato originali, tamquam piarum aurium offensivam. Unde concludit veritati consonum esse, credere *Beatae Virginis benedictam animam insensum esse carni munda & non infecte*. Ita Joannes à S. M. in suppleto libello, folio 333. Christophorus de Vega, Palest. 3. certam. 9. num. 332. fol. 102. Daniel Agricola in Corona *Conceptionis* verb. Eremitæ, Marraccius in Catalogo ad ann. 1427. & in Bibliotheca folio 218. Possevinus, Leon. Euseb. in lib. Excerpt. folio 496. Cornelius Curtius in lib. de Viris illust. Eremitarum, fol. 127. & adducit Iconem ipsius. Joannes de Meppis in suo Tract. de Conceptione Auctore 6. affirmat quòd in una quæst. defendit immunitatem *Virginis* à peccato originali; & de Paulo sæpe facit mentionem in prædicto Tractatu.

PAULUS Verdnerus, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor, ex Judaismo ad Fidem Christi conversus, in suo libro de locis præcipuis Fidei Christianæ collectis & explicatis adversus Judæos, tract. 2. fol. 294. inter alia dicit: Et quia in Adam semen humanæ generationis erat transgressione vitiatum, semen cœlestis promittitur non ex corruptione viri, sed ex Deo: Ponam (inquit) inimicitias inter te & mulierem. Non certè dicit: pono, ne ad Evam hoc pertinere videretur; sed tale verbum promissionis est quod transmittitur in futurum: Ponam (inquit) inimicitias inter te & mulierem, illam utique mulierem quæ *SALVATOREM* pariet, non quæ generet fratricidam, &c. Et post pauca: Igitur ut Christus Dei Filius non ut ceteri homines ex muliere congressu viri, sed alio quodam insueto ac mirabili ac supernaturali nascendi modo, ex *munda & immaculata*, hoc est ex *Virgine* nasceretur, &c. Quòdque ipsa Virgo non fuerit ex hoc partu immunda, quia legi non subiecta, sed prærogativa singulari præmunita (ut conveniebat) in Conceptione Filij Dei, sequitur quòd de ipsa sola *Virgine MARIA*, &c. Extat liber impressus Viennæ Austriæ ann. 1559. in 4. Auctore vero iste qui ante unum sæculum vixit, si non est expressus, multum tamen favet in signatis verbis: & qui adhuc judicaverit eum non militare pro pia sententia, excludat illum.

PELAGIUS Hæreticus, dicebat *Domini ac Sal-*

vatoris Matrem MARIAM fuisse sine peccato. Ita refert S. Augustinus in libro de Natura & Gratia, cap. 36. Vide Velazquez, fol. 260. sed de ejus auctoritate formalis agimus in Radiis Solis Veritatis.

PELBARTUS de Themefvar, Ordinis Minorum Transylvanus, Librum edidit de *Immaculata Conceptione MARIE*, & est in suo Stellario, Corona, seu Pomario in ordine quartus, & habet articulos 3. & fol. 11. Impress. Hagenau 1504. in 4. & Venetiis 1586. & Parisiis 1517. in 8. Item Hagenau 1502.

Item, in suo Rosario Theologico de *Conceptione passiva Beatae MARIE Virginis*, tomo 3. Impress. Brixia 1590. in 4.

PELLEGRINUS Merula, Sacerdos Cremonensis, in libro: *Il devoto y miraculoso Sabato della gran Madre de Dio MARIA Vergine*, &c. fol. 149. de primo Sabbato Maij, sub hoc titulo: *Della bellezza spirituale de MARIA*, docet plura de puritate, innocentia ac sanctitate; & in Oratione inquit: *O gloriosa Vergine! la quale foste sino nel ventre de S. Anna vostra madre maravigliosamente fatta bella dal eterno Dio il quali vi adorno di tutti le perfectione è gratia, &c.* Lib. impress. Trenti 1638. in 12.

PEREGRINUS de Aderno, Ordinis S. Augustini Italus, in libro: *Della vera devotione alla gran Madre de Dio è del titolo del soccorso revelato in Palermo*, folio 50. inquit: *Il che era congruente alla gloriosa Signora per poterli servire della gratia sanctificante mentre nil primo instante de la sua S. Conceptione fu sanctificata per propria dispositione è conversione à Dio, &c.* Lib. impress. Pannormi in 12. absque anno impressionis, & cum imagine *Immaculatae Conceptionis*.

PEREGRINUS Auctor antiquus, & Religiosus Ord. Prædicatorum, olim Provinciæ Coloniae Provincialis, insignis Conventus Uratislaviensis primus reformator, in Sermonibus suis de Tempore ac de Sanctis, in sermone de Purificatione Alphabeto L. inquit: *Sed mirabile est, quòd illa purificari voluit, quæ purificatione non indiguit: quia ipsa purissima, purior omni creatura adhuc existens in materno utero sanctificata fuit, scilicet ab originali peccato, si fuisset in eo: nec etiam venialiter peccare potuit, quod nemini inter natos mulierum creditur esse donatum. Sed maximè purissima fuit in Conceptione: Sanctus enim Sanctorum in ipsam intrans, Sanctam Sanctorum ipsam effecit, ut in ipsa nulla esset macula. Unde Spiritus Sanctus videns ipsam tam pulchram, dixit: Tota pulchra es, &c.* Item, sermone de Assumptione Alphabeto XIII. Mirabilis quidem fuit in sanctitate; quia ante sanctificata, quam nata: & post Conceptionem Filij in tantum fuit ipsa consecrata, ut non venialiter peccare potuerit, &c. Lib. impress. anno 1485. in 4. & Coloniae apud Henricum Quentel absque anno 4. Nonas Maij. Hæc sunt quæ in hoc Auctore reperire potui pro Conceptione Virginis: ex quibus constat, ipsum nostram sententiam fuisse amplexum, vel saltem in eam propensum.

Item, in Sermone de Annuntiatione, ait: Item missus est ad *Virginem anima & corpore formosam. MARIA* fuit pulchra, quia ante sanctificata, quam nata; & post Conceptionem in tantum confirmata, quòd nec venialiter peccare potuit, &c. Opus concludit sic: *Fratris Peregrini in regione divinx paginæ peregrè proficiscentibus, Doctoris clarissimi, &c.* Est impress. absque loco & anno.

PETRONILLA Lezcano, femina Hispana, elabo-

elaboravit Hieroglyphicum de Immaculata Virginitate Conceptione super illud: Exortum est in tenebris & c. Impress. apud Sanct. Zapata in libro de Concept. folio 146.

PETRONIUS Martinus, Ordinis Prædicatorum Italicus, in libro Rosarii pro Confraternitate Bononienli, dicto: Erario sacro dell'Indulgenze da diversi Sommi Pontifici concedute, &c. fol. 45. de Indulgentia in die Conceptionis Virginis MARIE concessa à Pio V. &c. Lib. impress. Maceratae 1646. in 12.

PETRUS Abaellardus, Abbas Ruyensis Gallus, in sermone de Annuntiatione Beatæ MARIE, inquit: Quod MARIE non participatio gratiæ, sed plenitudo adscribitur, ut tantum ei conferri demonstraretur, quantum humana nature infirmitati promittitur. Unde amplitudinem gratiæ adeptæ est, cum ei dicitur: Dominus tecum, & quod Spiritus sanctus venerit in multas fidelium animas per aliquod divinæ gratiæ donum; sed in MARIAM supervenit, cum ei superiorem & excellentiorem omnibus gratiam contulerit. Lib. impress. Parisiis 1617. in 4.

Item, scripsit de Conceptione Beatæ Virginis Orationem unam seu Opusculum quod habemus manu sc. ex Bibliotheca Collegij Patrum Societatis Jesu Burdegala, ubi extat cum aliquibus Operibus S. Augustini characteribus antiquis, & incipit: Plerique tanto devotionis affectu Matrem Domini, &c. Dabimus illud impress. cum alijs monumentis antiquis de Immaculata Conceptione.

PETRUS de Abarci, Primarius Theologiæ Professor, defendit Beatam Virginem immunem non solum à culpa originali, sed etiam à debito illam contrahendi. Ita in Vallisoletan. publicis conclusionibus. Impress. ann. 1656.

PETRUS de Abreu, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de Verbis Domine nostræ cap. 6. ad verbum: Exultavit spiritus meus, folio 123. Quod fuit MARIA concepta absque peccato originali, &c. Item, ad illa verba: Quia fecit mihi magna, cap. 2. folio 153. Quod fuit prædestinata post Christum ante prævisionem peccati originalis, &c. Item, infra de uberibus Virginitatis MARIE § 12. De ejus immunitate à peccato, agit sub hoc titulo: de la grandeza que Dios usó con la Virgen preservandola de peccado originali, de quo latè à folio 303. usque 317. Alia adducit sparsim in eodem lib. impress. in civitate Gaditana anno 1617. in folio.

PETRUS de Acuña Avellaneda, Episcopus Asturicensis Hispanus, præcepit ut observaretur festum Conceptionis Domine nostræ semper, Virginis MARIE, &c. ut videre est verb. Asturicensis Ecclesia.

PETRUS Ægidius, Societatis Jesu Hispanus, qui Theologiam Scholasticam per spatium viginthi annorum professus est, sua pietate & diligentia effecit ut Academia Barchinonensis se obstrinxerit voto propugnandi semper Immaculati Virginis MARIE Conceptus Prærogativam. Ita Philippus Alegambe in sua Bibliotheca. Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de Sanctissima Deipara MARIA Immaculatè concepta, differt. 9. adnot. 3. fol. 371.

PETRUS Alagona, Societatis Jesu Hispanus, in Epitome decretal. sive Totius Juris Canon. cõpendiũ, num. 1710. & 1611. fol. 544. Quod qui Immaculata Conceptionis Sanctissimæ Deiparæ que MARIE Virginis in ipso die Missam & Officia Sixti V. celebra-

verit vel dixerit, vel illis Horis Canonicis interfecerit & per octavã, lutatur omnes indulgentias & eodem modo ut in die Corporis Christi, latè. Item, quod qui affirmare præsumit peccare mortaliter vel hæreticum esse eum, qui credit aut tenet Conceptionem Beatæ MARIE fuisse sine peccato, vel celebrat officium Conceptionis, vel audientes de hac materia peccare mortaliter, errat; & libri de hac materia scripti sunt reprobati à Sede Apostolica. Et qui in sermonibus aut quomodolibet ausit affirmare prædictas propositiones reprobatas à Papa esse veras, vel posse tenere libros, ipso facto est excommunicatus & reservatus Papa. Item, eisdem penis & censuris supponitur, qui audeat dicere esse hæresim vel peccare mortaliter eum qui credit & tenet contrariam opinionem, & pro incurrenda hac Excommunicatione revocantur privilegia etiam de verbo ad verbum. Impress. Romæ anno 1622. in 4.

Item, de peccato originali & præservatione Virginis MARIE agit in compendio Manuali D. Navarri, præludio 8. Impress. Brixia 1596. in 16. Barchinone 1593. in 12. Bergomi in 24.

Item, Quod MARIA Virgo fuit in utero sanctificata à peccato originali quantum ad maculam, non quantum ad reatum quo tota natura tenebatur, &c. in compendio Theologiæ Divi Thomæ. Romæ 1620. in 12.

PETRUS de Alava, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Doctrinal satisfactorio de los Frailes Menores de la Regular observancia de nuestro P. S. Francisco, punct. 7. cap. 14. fol. 619. loquens de Sixto IV. inquit: Fue devotissimo de la santissima Concepcion de la Madre de Dios, y à cerca de su limpieza escribio algunos tratados, &c. Lib. impress. Matriti 1601. in 4.

PETRUS de Albavilla, Ordinis Sancti Benedicti Doctor Parisiensis, egit Avinione pro Conceptione Virg. MARIE contra Joannem de Montefono. Ex Henrico Spondano ad ann. 1387. num. 7. tomo 2.

PETRUS Albignanus, Trevisus Jurisconsultus, in Postillis seu Glossis ad Rosarium Guidonis Archidiaconi super Decretum dist. 4. cap. Firmisimè, fol. mihi 338. ad marginem, sic inquit: Extat Extravagans Sixti IV. quæ incipit: Grave nimis, quã cavetur ne pro hæreticis habeantur, qui tenent Beatam Virginem conceptam in peccato originali, & mandat sub pena Excommunicationis festum prædictum celebrari, & concedit indulgentiam interessentibus Horis Canonicis, sicut in festo Corporis Christi. Lib. impress. Tridenti 1523. in fol.

PETRUS de Alcozer, Scriptor Hispanus, in Historia ac descriptione civitatis Toletanae libro 2. cap. 16. de ordine Conceptionis Virginis MARIE ac de ejus principio, à folio 108. latè. Toleti 1554. in fol.

PETRUS de Alliaco, Episcopus Cameracensis ac S. R. E. Cardinalis, in libro Theologiæ scholasticæ simul & mysticæ, Tractatu de Salutatione Angelica edito Basileæ 1614. inquit folio 219. Ave o Virgo salutifera, quæ Evæ maledictionem in benedictionem transferens, sola esse meruisti sine vitiis meruisti quidem non tuâ justitiâ, sed divinâ gratiâ ut sola esses sine vitiis culpæ venialis & mortalis, & (ut piè creditur) etiam originalis, ut semper esses sola sine vitiis, &c. Lib. impress. Parisiis anno 1500. & Duaci 1634. in 12. regali.

Item, in Curia Romana ad annum 1387. causâ Immaculatae Conceptionis egit contra Joannem de Montefono, ut habet Henr. Spond. tom. 2. ad prædictum

dicuntur animum numero 7. & ipsemet Alliacus refert in Opere suo MS. quod extat in Coll. Navar. PETRUS Aloix, Societatis Jesu Lebdiensis, de festo die Conceptionis Beatæ MARIÆ à Lugdunensibus celebrato, in libro Illustrium Ecclesiæ Orientalis Scriptorum in Annot. cap. 4. fol. 616. Impress. Duaci 1636. in folio.

Item, in Annotat. ad vitam Sancti Dionysij Areopagite tomo 2. cap. 6. agens de Assumptione V. inquit: Sane valde congruebat, ut corpus quod nulli subditum peccato fuisse, id neque corruptioni, que à peccato vicia est, subderetur. Lib. impress. Antwerp. 1633. in folio.

PETRUS Alphonsus Burgensis, Monasterii Monachus & Eremita Hispanus, in libello de vita & laudibus Beatæ Mariæ Virginis cap. 7. cujus titulus est: MARIÆ sine peccato originali concipitur, ipsam fuisse immunem atque præservatam miris ostendit verbis. Et cap. 8. sub hoc titulo: Invectiva in peccatum originale, quod non tergit Dei Matrem, &c. Lib. impress. Barchinone 1652. in 8.

PETRUS de Alva & Astorga, Ordinis Minorum Hispanus, elaboravit cum alijs Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis. Impress. Matriti 1548. in folio.

Item, ad Regnum & Procuratores Regni Hispaniarum pro conficiendo Armamentario majori pro Immaculata Conceptione Propositionem seu Oculculum. Matriti 1649. in folio.

Item, Armamentarij Seraphici pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis Tomum secundum qui extat jam paratus & dispositus.

Item, Quid titulus Immaculata, quomodocumque MARIÆ adscribatur, semper appellat & supponit pro physico & naturali Conceptionis instanti, ex Scriptura, Concilijs, & Sanctorum dictis. In charta expansa Matriti 1648.

Item, in sua Biblioth. Virginali in tres Tomos divisa litera A. de mysterio Conceptionis pro & contra sequentia: Beati Amadaide Conceptionis V. rapus, à fol. 685. usque 734. Alberti Castellani de laudibus Beatissimæ V. MARIÆ pro festo Conceptionis vel Sanctificationis ex dictis Sanctorum Doctorum compilatum Sermonem. Ibidem etiam Ambrosij Catharini disputationem pro Immaculata Virginis Conceptione, lib. 3. à fol. 9. usque 71.

Item, Sancti Anselmi de Conceptione Virginali & peccato originali Librum, tom. 2. fol. 383. Item, ejusdem B. Anselmi de Conceptione Beatæ V. Lib. unum ibid. Item, ejusdem de festo Conceptionis V. Epistolam unam Coepiscopis suis cunctisque Orthodoxis, &c. fol. 402. Item, ejusdem Anselmi Epistolam alteram de Conceptione B. MARIÆ, fol. 792.

Item, Officium primitivum Immaculatae Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ & Sermonem, fol. 793.

Item, Sancti Antonini de questione: Vtrum Virgo MARIÆ fuerit concepta in peccato originali? Caput, & extat fol. 448. Item, ejusdem Sancti Antonini de Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ per modum Prædicationis Caput tertium fol. 452. Item, de Conceptione & Sanctificatione Cap. 3. fol. 461. Item, de Conceptione B. MARIÆ Caput 4. quod extat folio 466. Item, ejusdem Serm. Immaculatae Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ fol. 724.

Item, Armandi de Belloviso de Sanctificatione vel Immaculata Conceptione Beatæ Virginis collationes 4. Item, Arnoldi Albertini circa illam Assertionem: An sit scandalosum dicere, quod Beatæ Vir-

go MARIÆ sit concepta in peccato originali? Summarium seu Questionem, tom. 3. fol. 242. Item, Antonij Bitontini vel Guilielmi Parisiensis in festo Immaculatae Conceptionis gloriosæ Virginis MARIÆ Poffillam, fol. 543. Quæ omnia typis mandata fuerunt Matrui, anno 1649. in fol.

Item: Libro raro, unico y singular de la sacratissima Virgen MARIA, Madre de Dios, Reyna de los Angeles, Emperatriz de todo lo criado, y Señora nuestra, concebida sin mancha de pecado original y assi mismo de todos los elogios, excellencias, prerogativas, y mysterios de su vida, dividido en ocho tomos. Dedicados à la devocion, piedad, y grandeza del Excelentissimo Señor Don Gaspar de Bracamonte y Guzman, Cavallero del Orden de Calatrava, Comendador de Daymiel, Conde de Peñeranda, Señor de Aldea seca de la frontera, Plenipotenciario para el trato general de la paz en el congreso de Munster, Genijl. hombre de la Camara de su Magestad, de sus Consejos de Estado, y Guerra, y Presidente en el Supremo de las Indias. Et sunt Tomi octo imaginum cum hac dedicatoria Excelentissimo Señor. El renombre mas proprio, ò el epiteto mayor, que comunmente dan los Santos Padres, y antiguos Doctores de la Iglesia à la Sacratissima Virgen MARIA, Reyna de los Angeles, y Emperatriz de todo lo criado, es llamarla libro raro, unico, y singular; en cuyas hojas, y candido papel de su incontaminada pureza, se escrivio por modo inevitable aquella sola palabra infinita, que ab eterno pensò Dios, y siempre està engendrando en su mente divina, para que con la tinta de nuestra humana naturaleza la pudjessen ver, y leer los flacos ojos de los hombres, y en ella estudiar la perfeccion de lo que ay que aprender, y saber en los cielos, y en la tierra. Esta repetida comparocion, y soberano epiteto (Excelentissimo Señor) parece que hasta agora no ha tenido libro en que poderse verificar con todo su rigor y perfeccion; porque no todas vezes igualan los libros sagrados à sus titulos, que siendo estos grandes, aquellos suelen salir muy pequeños, y prometiendo mucho en el frontispicio el artifice, entrando el letor en la obra, la suele hallar corta, y estrecha, ò por lo menos estan llenos de erratas, y defectos. Solo este libro presumo que se libra desta comun enfermedad, que aunque el titulo de raro, unico, y singular, promete mucho, es menos que lo que contiene, y se hallarà en la obra, porque si abre el curioso sus hojas, y entra el letor en su assumpto, vera y hallara que es libro, y obra tan rara, nueva, y singular, que ni ha avido, ni ay otra su semejanza en el mundo, ni libro como este lo ha tenido Bibliotheca, ni tiene Monarca, ni Señor de la tierra y lo que es mas, que su assumpto, y disposicion, en honra de la soberana Virgen MARIA, no lo ha llegado a ver, ni a à imaginarlo algun hombre docto del Orbe: libro tan raro unico, y singular. que siendo, y estando los demas impresos, solo este por antonomasia se puede llamar, y dezir verdaderamente estampado: para cuya edicion ni fueron menester las censuras de hombres doctos, ni en Roma aprobaciones del Maestro del Sacro Palacio, ni en Madrid las licencias del Real, y Supremo Consejo en cuya composicion, ni ha sido menester lidiar con Impresores, ni se ha visto en

manos de Libreros y libro finalmente donde no ha avido, ni ay una sola errata que corregir, ò enmienda que hazer, y assi con justa causa me parece que este es el libro dechado, raro, unico, y singular de la Purissima Virgen MARIA, en cuya fabrica desde el primer instante de su Immaculada Concepcion, no hubo el menor defecto, digno de enmienda; y aunque estos parezcan accidentes, es tambien unico, raro, y singular, en la substantia; pues siendo tan grande, que contiene ocho tomos, no se compone de letras, ni renglones: y careciendo de estos lo pueden entender, y leer todas las naciones del mundo, porque sin diversidad de caracteres, està escrito en todas lenguas: para los doctos es el mas sentencioso, util, y agudo que hasta agora se ha estampado, para ignorantes el mas claro en el estylo, el mas llano en el significar, que puede imaginarse. No ha menester el niño averido a la escuela para deletrearle, ni la muger saber leer para entenderle; es juntamente para unos pio y devoto, y para otros curioso, y entretenido, y para todos los Catholicos vna muda voz, que sin cansar la vista, ni la lengua, despierta el coraçon, mueve la voluntad, y levanta los afectos a las cosas del cielo, al amor de Dios, y devocion de la Sacratissima Virgen MARIA. Este libro, pues, Señor, tan raro, unico, y singular (donde parece que MARIA se ha sacramentado, pues, estando en todo el libro, ò en todos los libros, igualmente se halla en todas sus hojas tan particularmente, como si estuviera toda en todo, y toda en qualquiera parte) dedico a la devocion rara, ofrezco à la piedad unica, y consagro a la grandeza singular de V. Ex. para que alli quedando la obra eterna, y estos libros en la nobleza de su casa vinculados, con la proteccion, y dominio de tal Principe, y señor, todo tenga su devida estimacion. A quien guarde el ciclo como puede, y yo deseo, &c. En Madrid, dia de la Expectacion de Nuestra Señora, año de 1656. De V. Ex. menor siervo Fr. Pedro de Alva y Astroga.

Item, fecit Librum sub hoc titulo: Nova & literalis Cantici Magnificat pro mysterio Immaculatae Conceptionis V. MARIE expositio. In qua ex toto rigore litteræ, ac verborum grammaticali sensu, vi, ordine ac connectione, seclusis auctoritatibus, allegorijs atque mysticis interpretationibus, sincero, claro atque succincto stylo intelligitur, explicatur demonstraturque, *sacratissimam Deiparam locutam fuisse in eo de sua immunitate, ac modo magnifice preservationis à peccato originali.* Matrivi 1656. in 4. & Ruremundæ.

Item, elaboravit Librum sub hoc titulo: Radij Solis Veritatis Cæli atque Zeli illustrantes Fratrum Minorum sententiam communem, & Patrum Ordinis Prædicatorum opinionem singularem pro Sanctissime Deiparæ Virginis MARIE electione, productione, generatione, formatione, ortu, Conceptione, nativitate in utero & ex utero, recluduntur, iustitia, puritate, immunitate excellentissimo redemptionis genere, gratia, preventionem in primo animationis instanti seu naturarum unione, Immaculata sanctitate ac preservativa sanctificatione, inter originalia impressa & manuscripta, libros, auctoritates, sententias, remissiones sacre Scripture, Conciliorum, Sanctorum Patrum, Doctorum, &c. vera, integra, sana, atque legitima verba tanquam dies diei eructantes verbum, Contra illam

primam peccati originalis maculam, culpam, contagium, concupiscentiæ fomitem, naturæ vitium, mortis reatum, debitum, obligationem, prævaricationem, purificationem, emundationem, liberationem, ereptionem, purgationem à contracta communi iræ maledictione in carne peccati, sorde ex primi parentis lapsu propagata. Illuminant propositiones universales omnes, nullus, solus, semper, nunquam; adverbia exceptiva præter, tantum, &c. inter umbras, obscuritates ac tenebrarum caliginis huculq; ab aliquibus Scriptoribus sine fundamento aut ulla veritate introductas, nocte nocti indicante scientiam. Lib. impress. Lovanij, anno 1663. in fol.

Item, hanc Militiam universalem pro Immaculata Virginis Conceptione ex diversis Auctoribus tum antiquis tum modernis; ut vides.

Item, edidit Monumenta antiqua pro Conceptione ex viginti Tractatibus & Sermonibus antiquis reperijs in diversis Biblioth. Orbis, & nunquam impressis; atque etiam Monumenta singularia pro Conceptione ex viginti octo libris singulis, sed iam pene extinctis (unde ipsorum memoria perij) quorum nomina sunt: Ex Benedictinis Carolus Fernandus, Cronodromus Anonymus, Petrus Abailardus, Joannes de Dieft. Ex Cruciferis Arnoldus Cloethingen. Ex Cisterciensibus Petrus Cantor. Ex Carthusiensibus Henricus de Hallia. Ex Dominicanis Ambrosius Catharinus, Vincentius Justinianus & quidam Nicolaus Eymericus. Ex Cœlestinis Dionysius Faber, Antonius Poequetus, Claudius Rapinas, Petrus Bardus, Guilielmus Vincenti. Ex Augustinianis & Canonicis Regularibus Hermannus de Skildis, Joannes de Meppis, Theodoricus de Ulrich, Petrus Ducis, Nicolaus Grenerus. Ex Carmelitis Franciscus Martini. Ex Trinitarijs Robertus Guaguinus. Ex Jesuitis Robertus Bellarminus, Franciscus Turrianus. Ex Minoritis S. Bernardinus Senensis, Petrus de Candia, Joannes Vitalis, Petrus Thomas, Franciscus Mayron, Petrus Aureolus, Joannes Tisserandus, Ludovicus à Turri de Verona, Ludovicus Carvajalius, Antonius Chucarus, Raymundus Eremita. Ex Sæcularibus Gerardus Rondellus, Petrus Comestor vel Richardus à S. Victore, Petrus Montis, Dominicus Bolanus, Petrus de Heredia, Joannes de Bruselas, Nicolaus de Rebbe, Joannes de Mandavilla, Fredericus Naufea, Antonius Fornerius, Joannes Alanus, Judocus Cliftovæus, Antonius Bonromæus, Universitas Pragensis, Dialogus inter Militem & Amicum, Episc. Convalvacentis, Lucas N. Sebastianus Brant, & aliqui Anonymi.

Item, disposuit Allegationes & Avilamenta Joannis de Segovia Canonici Toletani pro Concilio Basileensi ad informandos animos, &c. de Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Impress. Bruxellis, anno 1663. in folio.

Item, Memento homo quia pulvis es, &c. pro mysterio Immaculatae Conceptionis V. MARIE, ubi referretur quidquid contra illud actum est ab aliquibus Scriptoribus antiquis. Est in 4. dispos. ad prælum.

Item, Tramontana dissipans nubes ab aliquibus fabricatas sine fundamento & veritate contra Solem Veritatis & Conceptionis mysterium. De his fit mentio in principio Nodi indissolubilis.

Item, Librum sub hoc titulo: Sol Veritatis cum Ventilabro Seraphico pro candida aurora MARIE in suo Conceptionis ortu sancta, pura, Immaculata, & à pec-

à peccato originali præservata, triturando Auctores opinionis adversæ sexaginta antiquos atque modernos, Opuscula omnia, Libros, Tractatus, Sermones, atque Quæstiones; ventilando Opera allegata trecentorum quindecim Ecclesiæ Doctorum stylo positivo, scholastico, historico, nec non Apologetico, segregat ab ipsorum textentis quadraginta auctoritatibus lucem à tenebris, granum à paleis, & triticum à zizanijs, &c. Impress. Matrini, anno 1660. in folio. Et huic Operi affixit Memoriale pro eadem materia Conceptionis ad Philip. IV. Regem Catholicum Hispanicè. Item, alium: Nodus indissolubilis de Conceptu mentis & Conceptu ventris, hoc est: Inter immunitatem ab omni defectu & errore Angelicæ doctrinæ S. Thomæ Aquinatis, & ejus exclusionem ab illis universalibus regulis: Omnis homo mendax: Omnes erraverunt ab utero, & locuti sunt falsa: Omnes declinaverunt, &c. Et præsertationem ab omni culpa & macula purissimæ animæ Virginis Dei Matris MARIE, & ipsius exceptionem ab istis: Omnes in Adam peccaverunt: Omnes nos quasi oves erravimus, &c. Ac de utriusque approbationibus Apostolicis, Ecclesiasticis atque revelatis, ab Alexandro magno VII. Pontifice nostro solvendus aut sciendus. Bruxellis 1661. in 8. & iterum cum maximis additionibus 1663. in 4. Item, edidit aliqua Opuscula parva & magna & alia anonyma pro mysterio Immaculatæ Conceptionis secundum temporis opportunitatem & amicorum postulationem, de quibus suis locis.

PETRUS Alvarez, Ordinis B. MARIE de Mercede, in singulari approbatione facta pro Sermonibus de Immaculata Conceptione R. P. F. Gundisalvi de Herrera meæ Provinciæ Limesis Ministri Provincialis. Impress. unâ cum Sermonibus. ann. 1655. in 4.

PETRUS Alvarez de Saa Hispanus, fecit Tractatum seu Censuram circa Librum D. D. Petri de Perea Episcopi Ariquepensis, seu litteram scriptam Philippo IV. Regi Hispaniarum de certitudine quam habet in Ecclesiâ, quod Virgo MARIA fuerit concepta absque originali peccato; ut videre est in impress. in Civitate Regum 1629. in 4.

PETRUS Alvarus, Doctor Hispanus, in Sermonibus de Sponsalio Virginis MARIE de ipsius Conceptione magis frequenter. Sermonibus. Matrini 1634. in 4.

PETRUS Amerius, Societatis Jesu, in lib. quadraginta Concionum Adventualium de Annuntiatione Virginis Matris & Verbo incarnato Conc. 17. super illud: Gratiâ plena, eximit Virginitatem à peccato originali, à fol. 188. usque 205. & sparsim per totum. Antuerpiæ 1628. in 4.

PETRUS de Ancharrano Canonista, in 2. decretalium, super 2. cap. Conquæstus, fol. 126. inquit: Festum autem purissimæ Conceptionis Virg. hinc non includitur, licet in multis locis celebretur ex devotione non improbanda. De hoc in Speculo eo titulo post principium. Joan. Andreas dicit Conceptionem illam quæ fuit ex humano semine non numerandam, quia fuit in originali concepta, ut notatur de Cōsecrat. dist. 3. cap. 1. sed post Conceptionem immediatè sanctificata, & ob hoc collat Ecclesiæ Nativitatis festum. 1581. in fol.

PETRUS Andrieu, Ordinis Minorum Gallus, in lib. L. antidotaire sacré de l'ame pieuse, fol. 436. adducit Prolam de Beata Virgine: Ave rosa sine spinis, &c. Et folio 150. in Litanijs: Sancta Virgo ab æterno electa: Sancta Virgo præservata; & vocat pu-

ram sanctam & illibatam sparsim per librum. Impr. Parisijs 1607. in 12.

PETRUS de Anjo, Poëta Hispanus, cum aliis scripsit Carmina de immunitate Virginis MARIE à peccato originali, quæ extant in libro edito à Fernando Diaz. Vide ibi.

PETRUS de Antequera & Artiaga Hispanus, in disputatione & allegatione Juris de obedientia subditorum circa pragmaticam & taxam panis, &c. in primo fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis habet hanc inscriptionem: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te.* Lib. impress. Compluti 1621. in 4.

PETRUS de S. Antonio, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Viridarium spirituale extractum ex doctrina Sanctorum, &c. tract. 2. cap. 1. de Expositione salutationis Angelicæ §. 2. folio 65. *Quod Virgo MARIA fuit pura, & libera ab omni macula peccati.* Et ad finem in tabula de observatione festorum ad diem octavam Decembris assignat Conceptionem Virginis MARIE. Impress. Ulyssiponæ 1632. in 4.

PETRUS Antonius Spinelus, Societatis Jesu Neapolitanus, in libro: MARIA Deipara, Thronus Dei, cap. 4. folio 25. *de gratia magnitudine Virginis Deiparæ divinitus in sua immaculata Conceptione collata, & de gloriosissimo ac suavissimo nomine MARIA agit latè per totum caput usque ad fol. 41. Et cap. 7. de purissima Virginis Deiparæ perpetua impeccabilitate, quam Dei beneficio est consecuta, ubi asserit, quod Virgo MARIA nullum contraxit peccatum originale vel actuale, &c. latè à fol. 69. usque 113. Et cap. 14. de singulari prædestinatione Beatæ Virg. MARIE. Vide etiam à folio 180. usque 190. Alia extant in eodè tomo pro mysterio Conceptionis.*

Item, in Appendice de MARIE laudibus, sive de elogijs Deiparæ, folio 604. *Elogium de Conceptione Immaculata, Caput unum in ordine 3. Et fol. 611. in Tractatu de salutatione Angelica: Quod Beata Virgo fuit absque vâ peccati originalis, & plena gratiâ in sua Immaculata Conceptione.* Item, in Tractatu de Festis ac Templis Deiparæ, de Immaculata Conceptione Deiparæ die 8. Decembris, atque de Revelationibus ejusdem festi à folio 674. usque 677. Lib. impress. Neapoli 1613. in folio.

PETRUS Apollinaris, in Opere de Nativitate Virginis MARIE, carmine elegiaco scripsit de immunitate Virginis à peccato originali, quæ sequuntur:

*Salve Virgo Parens, labes quam nulla vetusti
Per tot ducta gradus criminis implicuit.
Te, dum conciperis, culpæ quicumque negavit
Immunem. brutis nil sapit ille magis.
Huic aut vipereo mens est infecta veneno,
Aut illum teter spiritus exagitat.*

Extat tom. 8. Biblioth. VV. PP. secundæ editionis. Vide Euseb. Niecomb. lib. Exception. fol. 494. Salaz. sæc. 15. Leon. classe 9. Mart. Philipp. fol. 1211. tom. 2. & Hondeghen clas. 3. fol. 138.

PETRUS Apostolus Jesu Christi Domini nostri, ac Princeps Apostolorum natione Galilæus, loquens de Beatissima Dei Genitrice MARIA in Sermone habito in ejus felicissimo transitu, dixit de ipsa: *Quod semper gratiam Dei habuerit, & quod omne bonum sibi collatum fuit, omniaque in ea fuerunt laude digna. Ex quibus verbis videtur*
Cccc 3 colligi,

colligi per necessariam consequentiam, quod si semper gratiam Dei habuit, illam etiam habuit in Conceptione; & si omne bonum ei collatum fuit, etiam & iustitiae originalis, &c. Sermonem praedictum adducit Beatus Amadæus in sua Apocalypsi nova raptu 8. ut in nostra Biblioth. Virginali tomo 1. folio 710. Hippolytus Marraccius in Apostolis Marianis.

Item, in Missa Apostolica à se ordinata, folio 23. loquens cum Virgine MARIA, inquit: Ave gratiata, & gratia plena MARIA. Et infra folio 35. Libera nos quæsumus Domine ab omni malo presenti ac futuro intercessionibus Immaculatae & gloriosae Dominae nostrae Deiparae semperque Virg. MARIAE, &c. Lib. in lucem datus est à Wilhelmo Lindano, & impress. Antuerpiae 1589. in 8.

PETRUS Aptensis Episcopus, natione Gallus, subscripsit decreto edito in Concilio Provinciali Avinionensi pro festivitate Immaculatae Conceptionis V. Deiparae. De quo Purpur. Marian. folio 369.

PETRUS Aquilanus sive de Aquila, cognomento Scotellus, Ordinis Minorum Italus: Utrum Virgo fuerit concepta in peccato originali? in 3. Sententiarum dist. 3. est pro Immaculata Conceptione. Venetiis 1584. in 4. & etiam Venetiis 501. in 4. & manuscr. in Biblioth. Aracelitana in folio, & Parisiis 1585. in 8. regali.

PETRUS de Aranda, Doctor Hispanus, in Sermone de S. Ignatio de Loyola, in salutatione fol. 4. inquit: Alegresse la Virgen santissima, pues por este nuevo capitano y sus fuertes soldados es singularmente defendida su original y virginal limpieza, &c. Serm. impress. Compluti 1628. in 4.

PETRUS Aravjo Salgado, Poeta Hispanus, in Poemate de Puritate Virginis, inquit:

No sois Señora vos à cuya buella
La frente se rindió de su ancida
Del dragon que insidiaba nuestra vida,
Varonil defensora al mundo en ella?

Extrat cum aliis, folio 114. Granatae 1640. in 4.
PETRUS Aretinus, Doctor Italus: Quod Beata V. MARIA, ut pius est credere, pia omnibus alijs Immaculata, pura & candida fuerit in sua Conceptione. In libro de Vita Beatae Virginis MARIAE, impress. 1545. in 8.

PETRUS Arias Segoviensis Hispanus, edidit officium de festo Immaculatae Conceptionis sanctissime Dei Genitricis MARIAE pro Ecclesia Segoviensi cum octava, omnibus modis pulcherrimum & dignum certe ut typis mandetur, quod in charta pecorea scriptum accepi singulari dono à D. D. Cardinali Barberino Ordinis Minorum Protectore cum essem Procurator Curiae, & extat in 4.

PETRUS de Arizabal, Ordinis Minorum Hispanus, in Discursibus moralibus & politicis in Cantium Habacuc, de Immaculata ac purissima Conceptione V. MARIAE agit late versiculo 31. confid. 64. à fol. 711. usque 726. Matriti 1649. in fol. Item, in tomo 1. super Josue habet plura & pulcherrima pro Immaculata Virginis Conceptione. Vide ibi. Matriti 1655. in fol.

PETRUS de Assumptione, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: De la Immaculada Concepcion de la soberana Princesa de los Angeles MARIA santissima Señora nuestra, predicado à la continua devocion que à este soberano mysterio tienen los hermanos de la insign-

ne confradia del dulcissimo Jesus Nazareno y santissima Cruz en Jerusalem, que esta sita en la Iglesia de nuestro glorioso Padre San Antonio Abad de esta Ciudad de Sevilla, en el primer dia del mes de Mayo, dia de los gloriosos Apolos San Felipe y Santiago, &c. Impress. Hispani 1625. in 4.
PETRUS de Avendaño, Doctor Hispanus, in Sermonibus de festivitate Christi Domini, in indice 3. pro Concionatoribus de Conceptione Virginis MARIAE Elenchum. Impress. Matriti 1634. in 4.
PETRUS Augustinus, Episcopus Civitatis Orcaedi curavit Breviarium suae Ecclesiae in quo folio 479. est officium Immaculatae Virginis. Impress. in 4.

PETRUS de Aulbèroge, Doctor Theologus & Regius Concionator Gallus, in libro dicto: Les excellences de la tres-auguste Mere de Dieu, à folio 1. de Conceptione Immaculatae Virginis Discursum latum usque ad folium 39. Impress. Parisiis 1644. in 12. Item, composuit alium Librum Latinum: Praerogativa Virginis quindecim discursibus Theologicis comprehensa; ut dicitur in privilegio Regis appenso eidem libro in principio; quem non vidi.

PETRUS Aureolus de Verberia, Ordinis Minorum Gallus, Episcopus Aquisgranensis & S. R. E. Cardinalis: Utrum Virgo MARIA fuerit absque originali peccato, vel cum originali concepta? Questionem insignem in septem articulos divisam, & extat à folio 379. usque 385. ubi multa & erudita invenies pro immunitate Virginis MARIAE Lib. impress. 1605. in folio.

Item, de Conceptione Immaculatae Beatissime Virginis MARIAE scripsit Librum unum seu Tractatum, qui incipit: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, Proverb. 8. De Conceptione Immaculatae Virginis tractaturi, &c. Extat manuscr. Tolosae in Bibliot. Collegij Fuxensis, & Parisiis apud D. D. Cancellarium, & apud nos paratus ad praelum.

Item, scripsit alium Tractatum, quem intulavit: Repercussorium contra adversarium innocentiae Matris Dei, & incipit: Iustificationem meam quam cepi tenere non deseram &c. pro Immaculatae Conceptionis mysterio, cujus originale manuscr. habemus.

PETRUS de Balvaz, Ordinis Minorum Hispanus, Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis cum alijs elaboravit. Matriti 1648. in folio.

PETRUS Baptista, Ordinis Minorum Hispanus, ac Martyr in Regno Japonum, praedicavit mysterium Immaculatae Conceptionis Dei Matris MARIAE. Ita Antonius Daza in tract. de Concep. cap. 6. folio 44.

PETRUS Bardo, Ordinis Caelestinorum Parisiensis, qui floruit anno 1556. in libro Sermonum de Sanctis à folio 1. usque 39. habet septem Sermones de Conceptione Virginis MARIAE, quorum primus incipit: Solemnitas hodierna est Sanctae & Immaculatae Virginis MARIAE Conceptionis, &c. Extat manuscr. in Conventu Patrum Caelestinorum Parisien. in 4. Secundus Sermo incipit: Festivitas hodierna est festivitas intemeratae Virginis MARIAE. Tertius: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Quartus: Vas admirabile, opus excellentissimum. Quintus: Benedixisti Domine terram tuam. Sextus: Domum majestatis in te glorificabo. Septimus

Non sum sicut ceteri hominum. In quibus omnibus acerimè defendit prædicationem Virginis à peccato originali. Sunt manusc. apud nos, & impress. Lovanij hoc anno 1663. in 4.

Item, de Conceptione Immaculata Virginis **MARIÆ** Tractatum scripsit seu Librum, ut refert Petrus Crespetius in sua Summa, folio 383. de quo etiam Joannes à S. MARIA in supplici libello ad Innocentium X. pro Immaculata Conceptione ad finem, Marac. in Biblioth. & in Catal. ad ann. 1535. Pistolia.

PETRUS Barre Gallus, in libro: Des Sainctes ceuvres utiles à tous fideles Catholiques, in lib. 3. fol. 278. agit de Immaculata Virginis Conceptione, & ad marginem citat Henricum de Hassia in quatuor libros Sententiarum, & agit latè. Item, como 2. lib. 2. fol. 13. de Immaculata Virginis Conceptione. Et folio 701. de seipsum Conceptionis latè, quod fuit instituta anno 1074. in Normandia cum esset Archiepiscopus Joannes; & de Confraternitate Palmot que est una ex notabilibus mundi, latissime folio 703. & folio 795. & quod in Anglia eodem anno 1070. per Episcopum Etquilinum Petrum Denez eodem modo fuit recepta. Et pro his omnibus citat ad marginem Nicolaum Taillepiet cap. 40. de Antiquitatibus Rothomagenium. Lib. impress. Parisiis 1619. in 8.

PETRUS Berchorius, Ordinis Benedictinorum Piclavienis, in suo Dictionario seu Repertorio Morali part. 2. verb. **MARIA** ait: Dico ergo primo, quod hæc fuit culpam maculis expiata, quia secundum aliquos *ista nunquam contraxit peccatum nec originale, nec actuale*: Ideo interpretatur stella maris, quia stella habet naturam purissimam, nulli corruptioni perviam, maculæ perniciam, immunditiæ depravatam, &c. Lib. impress. Venetijs 1589. in folio.

PETRUS Berengarius, Ordinis Prædicatorum, scripsit Librum sub hoc titulo: Incipiunt Sermones de Sanctis Fratr. Petri Berengarii de Ordine Prædicatorum. Et incipit: Mirabilis Deus in Sanctis suis, &c. Et in sermone 6. de Assumptione Virginis hæc habet loquendo de ejus gratia: Fuit plena gratiâ, & hoc quadrupliciter; scilicet in corde, in ore, in opere, in opinione; & ideo ad ista denominanda dixit Angelus Lucæ 1. Ave gratiâ plena. Ecclesiast. 24. In me omnis gratia vitæ & veritatis. Tam laudabilem sanctitatem, &c. quod ascendit (inquiunt) de deserto. Desertum mundus est, quia deserit & deseritur propter sui brevitate. Et Joannis 2. Transit mundus, & concupiscentia eius. De hoc deserto, id est de mundo ascendit Virgo **MARIA** quadrupliciter: primo per *uterinam sanctificationem*, Psal. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Bernardus: Mater Domini ante fuit sancta, quam nata. 3. Reg. 18. Ecce tabecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari.

Item, in serm. 7. Et invenit gloriam multiplicis privilegij: *sui enim à Spiritu sancto in materno utero sanctificata & mandata*. Et inferius in eodem: Qui enim in vita præ ceteris illi gratiâ sui Conceptus honoravit, pium est credere eam in morte singulari salutatione & speciali gratiâ honorasse. Item, in sermone sequenti in ordine 9. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingreditur in ægyptum. *Nubes levis est caro. Beatissima Virgini ab omni peccato immunis*. Et infra: Et ut præ-

mium respondeat merito, possumus dicere, quod *ascendit sicut nubes levis per culpæ incorruptionem, id est, ascendit sicut aurora, quæ media est inter diem & noctem; quia Virgo beata non creditur habuisse tenebras ignorantie; nec ardorem concupiscentiæ ex gratia sanctificationis præfata*. Item, serm. 11. de eodem festo: *Ista mulier fuit Immaculata sanctimoniâ illibata incorruptionis*, Ecclesiast. 16. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata: sic & nos debemus sanctificari, &c.

Item, sermone sequenti sub themate: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, &c. Pulchritudinè candoris ejus admirabatur oculus. Unde dicitur, quod gratia sanctificationis Virginis **MARIÆ** non tantum repressit motus illos in ipsa, sed in alijs effectum habuit, &c. Et inferius: 2. *ab immunitate omnimodæ corruptionis; & subditur: & macula non est in te*, &c. Item, ibidem in serm. 3. de Nativitate Beatæ Virginis, qui incipit: Lux orta est eis, Isaïæ 9. inquit: Jesse genuit David, in quo ostenditur sua maxima sanctitas. *V. enim MARIA fuit sine pondere & tortuositate culpæ originalis*; & hoc est de ratione virgæ ut sit levis & recta, &c.

Item, serm. 6. Egredietur Virga de radice Jesse, &c. quod competit Beatæ Virgini & ejus Nativitati: *nata est enim sine pondere & tortuositate culpæ originalis*; & hoc est de ratione virgæ, ut sit levis, &c.

Item, serm. sequenti in ordine 7. Orietur stella ex Jacob, &c. de Nativitate **MARIÆ** sub quadruplici figura, scilicet sub figura stellæ, ut patet hic: Orietur stella ex Jacob, in quo describitur Virg. sanctitas, & hoc quadrupliciter. Primo, quia *fuit munda ab omni macula culpæ: stella enim immunis est à corruptione propter suam materiæ puritatem*. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Primum refertur ad peccatum originale, à quo fuit in materno utero sanctificata. Psal. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Bernard. Fuit procul dubio Mater Domini ante sancta, quam nata. Secundum refertur ad peccatum actuale, &c.

Item, in serm. Orietur stella ex Jacob, &c. Nativitas Beatissimæ Virginis **MARIÆ** ab æterno fuit prævisa, Eccles. 24. Ab initio & ante secula creata sum, id est, prævisa, &c. Hic liber extat manusc. in Biblioth. Patrum Eremitarum S. Augustini Burdegala.

PETRUS Berrullus, natione Gallus, Congregationis Oratorij D. N. Jesu Christi in Gallia Fundator ac S. R. E. Cardinalis, in Operibus suis pro immunitate Virginis à peccato, hæc habet in libro impress. à Reverendissimo P. Francisco Bourgoig ejusdem Congregationis superiore, fol. 938. cap. 96. Quod Virgo **MARIA** est vita, & de ejus vita interiori & exteriori inter alia dicit: *Quod tria sunt simul inventa in Beata Virgine eodem instanti, quo ei donata fuit natura, status gratiæ & vita & motus gratiæ erga Deum; quam vitam habuit interiorem à sua Conceptione usque ad finem vitæ*, &c. Parisiis 1645. in folio.

Item, in libro cujus titulus est: Discours de l'estat & des grandeurs de Jesus par l'union ineffable de la Divinité avec l'Humanité: & de la dependance & servitude qui luy est deue & à sa tres-sainte Mere, en suite de cest estat admirable, multa adducit pro Immaculata Virginis Conceptione, præcipue part. 2. fol. 40. & fol. 45. & 68. & 82. & 89. in 8. regali.

P E T R U S Bessius, Doctor Parisiensis & Regius Concionator Gallus, in festo Conceptionis Beatae Virginis *MARIE* Sermonem unum in libro Supplement. live tom. 3. part. 2. Conceptuum Theologicorum prædicabilium, à folio 511. usque 528. Impress. Coloniae 1619. in 4.

Item, *Quòd sola Virgo MARIA inter omnes filios Adæ sine peccato fuit concepta & nata*, & ideo tota pulchra, part. 1. tom. 3. sermone de Nativitate Deiparæ, folio 274. Impress. Coloniae 1617. in 4.

Item, in libro: Conceptions Theologiques sur toutes les festes des Saints & autres solempnelles de l'année, folio 578. *pro die Conceptionis Virginis MARIE Dominae nostræ* Sermonem. Impress. Parisijs 1618. in 8.

Item, in libro: Les triomphes des Saints & devotes Confrairies, fol. 27. Considerationes super Conceptione Virginis, & quomodo fuit à Deo prædestinata, &c. Et fol. 29. *Conceptio Virginis Immaculata, tota pura, absque aliqua macula peccati; privilegium speciale præ ipsa nulli alij naturæ communicatum*, &c. Lib. impress. Parisijs 1619. in 12.

P E T R U S Bezerril, Ordinis B. *MARIE* de Mercede Hispanus, fuit Judex Apostolicus in causa Conceptionis Virginis *MARIE*, tempore Julij 11. anno 1508. ut constat ex originali existente apud nos.

P E T R U S Billariensis, Ordinis Cisterciensis Hispanus, habuit revelationem de festo Conceptionis Virginis *MARIE*, quam latè refert Chrysostomus Henriquez in Menologio Cisterciensis ad diem 8. Decembris, folio 409. Lib. impress. Antuerpiæ 1630. in folio.

P E T R U S Binsfeldius Trevirensis, Doctor Theologus, libro de receptarum in Theologia Sententiarum & Conclusionum cum brevibus necessarijsque fundamentis, de statu innocentia & ei adjunctis peccato originis, &c. sect. 2. memb. 2. de Sanctificatione Beatissima Deiparæ, *Virg. MARIE* de qua ponit quatuordecim Conclusiones cum suis probationibus & argumentis, à folio 251. usque 278. agit latè de præservatione *Virg. præcipuè conclus. 5.* sed problematicè respondendo ad argumenta pro utraque parte; videtur tamen ad nostram inclinari sententiam.

P E T R U S Bivero, Societatis Jesu Hispanus, Regis Catholici Concionator, & Collegij Imperialis Matritensis Rector, in libro de Sacris privilegijs ac festis magnæ Filie, Sponsæ, & Matris Dei fol. 50. de sacris privilegijs Filie Dei *MARIE* Immaculatæ conceptæ sine macula; vel de gloriosa *MARIA* Filia Dei in festo & privilegijs Immaculatæ Conceptionis, ubi de ejus immunitate per 101. §§. seu capitula à folio 52. usque 144. Lib. impress. Antuerpiæ 1638. in fol.

Item, edidit Sermonem sub hoc titulo: De las honras de la venerable Madre Beatriz de la Conception Carmelita Descalza, &c. Impress. Bruxellis 1647. in 4.

P E T R U S Blanchot, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Gallus, in Bibliotheca SS. Patrum concionatoria fol. 306. ad diem 3. Decembris, *pro festo Conceptionis Beatae Virginis Dei Genitricis MARIE* indicem, & citat Sermones Joannis Gersonis & Hugonis à Sancto Victore. Lib. impress. Parisijs 1631. in 4. & ibidem 1654. in fol. & auctus per R. P. Michaëlem de la Nove.

Item, in libro dicto: Sermons pour les festes principales de l'année, fol. 75. *Sermonem pro die & festo Conceptionis Virginis MARIE*. Parisijs 1645. in 8.

P E T R U S Blesensis, Batoniensis Archidiaconus & Cancellarius Archiepiscopi Cantuariensis natione Anglus, serm. 1. de Assumptione Beatae Virginis *MARIE* ad Claustrales, qui est in ordine 28. folio 395. explicans illa verba Isaie 35. vers. 2. *Data est ei gloria Libani*, inquit: Candidatio verò propriè dicitur solis candor nativus & manens. Nominè enim candidationis intelligimus candorem nationis, id est, nativitatis & naturæ. Per candorem ergo & candidationem intelligitur puritas carnis nostræ; sed est quædam puritas carnis post lapsu, eum quis corruptæ carni quasi debitum vêtigal exolvens, post amplexus etiam legitimos carniem suam frænare & continere instituit, & puritatem carnis quam polluit deinceps observare; & hæc puritas meritò continentia dicitur, quia fræna, quæ carni laxaverat, continere laborat. Est alia puritas quasi naturalis & manens cum integritate carnis, quam quis habet beneficio puerilis ætatis, & semper servat incolumem beneficio virtutis, & hæc propriè dicitur virginitas, quasi viror genitus. Hanc verò distinctionem sacra Scriptura nobis insinuat: comparat enim virginitatem lilio, cujus candor nativus est & manens; continentiam verò comparat bysso: byssus enim de terra viridi & graminei coloris oritur, sed eruta siccat, mundatur, coquitur, torquetur & magno longoque exercitio ad candidum colorem perducitur. Bysso enim sunt justificationes Sanctorum; qui enim lapsi sunt prius, non propriè justii sed justificati dicuntur. *Data est ergo Beatae Virgini non solum gloria candoris*, id est continentia, sed candidationis, id est virginitatis, &c. Hucusque Blesensis, in quibus verbis licet prima facie videatur loqui de virginitate carnis, tamen ex ultimis colligitur etiam locutum fuisse de virginitate mentis & animæ, sive de lapsu peccati & justificatione per gratiam: in qua acceptione alij Sancti fuerunt justificati, quia prius lapsi. *MARIA* verò solum propriè iusta, quia nunquam lapsa. Illi habuerunt candorem in concreto, sed *MARIA* candidationem in abstracto. Item, infra Blesensis loquendo de Virginibus in communi, quæ primò intelligenda sunt de *MARIA* Virgine Virginum, sequentia protulit verba: Cùm enim cætera possit Deus, Virginem redintegrare non potest, & sic quantumque meriti sit lapsus in carne, tamen fructum levem recipit, id est, sustinentia & ereptionis ictum, cujus etiam status minus habilis est ad merendum, quia difficilior & periculosior. Virgo verò fructum dexteræ, id est, expugnationis, quod actus intulit, non sustinuit; incentiva carnis extinxit, non toleravit; caput serpentis contrivit, non fugiens expavit. Hæc ille, quæ etiam verba vel respiciunt Virginis *MARIE* præservationem, vel facillimo negotio ad eam applicari possunt. Item, infra videtur clariùs expressisse Virginis præservationem à peccato, dicens: Sic & indecens videri debet, si altera pars carnis Virginis sit in cælo, & pars altera reddatur solæ parti alteri datum sit non videre corruptionem, & altera solvatur in cinerem. Sicut enim Beata Virgo à maledictione mulieris, cui dictum est: In dolore paries, facta est immunis, quia peperit sine dolore; sic & à communi viri & mulieris maledictione facta est immunis, quæ dictum est: In cinerem ibis. Unde & ab Angelo benedicta esse dicitur, quasi à primordiali maledictione liberata: & sic decor Carmeli, id est, integræ circumcisionis da-

rus est hodie Virgini. Hæc ille. Cùm ergo duplex fuerit communis viro & foemina primordialis maledictio, scilicet corporis quantum ad corruptionem, & animæ quantum ad lapsum in peccatum originale, ex verbis Blesensis ab utraque libera & immunis fuit Virgo MARIA.

Item, Sermone 2. de eodem festo Assumptionis qui est in ordine 29. fol. 402. inquit: Tota speciosa est proxima mea. Omnis anima vel averlata est à Deo, vel conversa ad Deum. Averlata autem alia remota, alia remotissima: conversa autem alia propinqua, alia proxima. Quæ remota est, turpis jam est. Item, quæ propinqua est, speciosa est: sed adhuc non tota quæ proxima est, tota speciosa est. *Tota speciosa es proxima, & macula non est in te.* Totus speciosus est, cui nihil deest pulchritudinis. Ego totus speciosus sum, quia omne quod pulchrum est, in me est; in tota speciosa es, quia nihil quod turpe est, in te est. *Macula non est in te, &c.* Item, serm. de Sancta Maria Magdalena, qui est in ordine 23. folio 380. inquit: Nec parvi pendendum est patrocinium hujus poenitentis, id est, Mariæ Magdalene, quia sicut æquivocatur Beatæ Virgini in vocabulo, sic etiam confertur ei quodammodo in exemplo, æquatur in auxilio, nec dedignatur ancillæ domina, adolescentulæ Regina, Dei Genitrix ei, quæ fuerat peccatrix, æquivocari. Utraque siquidem MARIA vocatur, quod sonat maris fideliam, quod propter earum exempla eis congruit. In hoc enim magno mari & spatioſo utraq; nobis ducatum luminis nobis prævium præstat. Illa nobis exemplum est pudicitia, ista poenitentia. Illa *vita Immaculata*, ista post maculam vitæ dealbata. Et licet illa sit luminare majus, & hæc minus tamen (salva pace Virginis loquor) diffusus est exemplum hujus, quàm illius. Plures enim sunt in Ecclesia, qui errata correxerunt, quàm qui errare non noverunt: plures enim justificati, quàm justii. Plures ergo hujus proficiunt exemplo. De auxilio verò utriusque, loquar, an sileam? Indubitanter verum est, quia singulare est Beatæ Virginis auxilium, quia plus omnibus potest Mater apud Filium. *Sed quia non novit peccatum* (nam sensit in se fomitem extinctum, nec experimento scivit quam intolerabile certamen est, cùm accingitur homo cõtra seipsum; quàm difficilis victoria, ubi idem vincit & vincitur) quasi è quodam sublimi fastigio pro nobis intercedit. Hæc verò, quæ novit figmentum nostrum, tota refunditur in preces, tota provolvitur ad pedes Domini Jesu, nec pudet eam vel ut improbè petere, donec obtinuerit, &c. Hæc omnia reperies in libro impress. studio Joannis Basæi Societatis Jesu Moguntia 1600.

PETRUS Blomevena Leyden. Ordinis Cartesianorum, in libro de Bonitate Divina, libro 3. exhortatione 3. de Beatæ Mariæ pulchritudine, fol. 112. à tergo *Immunitatem ipsius à peccato originali, atque Immaculatam Virginis Conceptionem latissime defendit usque ad fol. 124.* Item, exhortatione 8. *Quid Sanctæ Mariæ festi vitas tam Conceptionis, quàm Nativitatis justè observatur, &c.* Item, in elucidatione Angelicæ salutationis, exhortatione 2. fol. 143. *Quid sit immunis ab omni peccato, &c.* & in aliis locis. Lib. impress. Colonia 1588. in 8.

PETRUS Bonfanti de Bibiena Italus, habet Indicem concionariorum pro festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis in Operibus Didaci Stellæ de Vanitate mundi. Impress. Venetiis 1598. in 12.

PETRUS ad Boves, Ordinis Minorum Gallus, in libro Sermonum de Conceptione Virginis Mariæ Sermonem unum qui est in ordine 7. ad illa verba: Præparavit viam tuam. Item, de eadem Conceptione Virginis Mariæ Sermonem alterum ad illa verba: Erit radix, &c. Quæ omnia extant à fol. 39. usque 49. Lib. impress. Lugduni 1520. Parisiis 1518. & Antuerpiæ 1643. in 4.

PETRUS Bringerius, Religiosus Cassæ-Dei Cænobij Prior, in suis Opusculis lib. 2. de Humilitate Christifera, fol. 84. inquit: Ex quo patet, quòd admiranda fuit humilitas B. Virginis, quæ tantis donata fuerat prærogativis, ut de ea meritò dicat Damascenus, quòd à nullo illustrium vincitur in aliquo, quæ ea puritate nitebat (teste Anselmo) quàm maior sub Deo nequit intelligi. Unde secundum Hieronymum, nullum bonum ei defuit, cujus pura creatura capax fuit. Et secundum Augustinum, *cùm de peccatis agitur, nulla de ipsa fit mentio, &c.* Impress. Parisiis 1540. in 4.

PETRUS Bulengerus Trecentis, in libro Institutionum Christianarum in Symbol. Apostolorum ad hanc interrogationem: Cur istud, id est Incarnatio, operâ Spiritus Sancti factum est? inquit: Ut esset Conceptio illius Immaculata & sancta, utque conceptionem nostram sanctificaret, qui in peccatis concipimur: sed sanctificatur ab eo, qui nulla corruptione ac labe peccati originalis contaminatus est. Voluit etiam ex incorrupta nasci Virgine, quia talis deceret partus Deum. Lib. impress. Lutetiæ Parisiorum 1560. in 8. Vocat Virginem Mariam incorruptam juxta subjectam materiam, nam de Christo dixerat: qui nulla corruptione, aut labe peccati originalis contaminatus est. Explicans primam particulam corruptione per illam conjunctionem, aut labe peccati originalis, facies hunc sensum: Christi Conceptio fuit immaculata & sancta, quia nulla corruptione fedata; & non intelligas, quòd hæc corruptio respiciat integritatem matris, vel quamlibet aliam corruptionem; quia in conceptione quæ alia corruptio esse potest, nisi labe peccati originalis? De hac ergo incorruptione loquitur etiam in matre, dicens: Voluit etiam ex incorrupta nasci Virgine, id est, nulla originalis labe corrupta.

PETRUS Burus Episcopus, sive Canonicus Ambianensis, qui ante 150. annos floruit, in Pæane uno è quinque Hymnis, quos in illibata Conceptionis Mariæ laudem composuit, sic feliciter cecinit:

Quis modo Conceptum dubitet celebrare Mariæ?

Quis venuat festis annuatibura dare?

Hunc Petri Sedes, caput & decus urbis & orbis

Et colit, & mandat per pia templa coli.

Nulla est Religio, nulla Ædes Religiosa,

Hic ubi Conceptus nunc taceatur bonus.

Par mihi miraculo visum est hæc festa dicari,

Christicolæ inter clymata quotquot habent.

Ambigo nempe nihil, quin summo Numine factum

Vt colat Argivus, quod colit Ansonius:

Quodque colit Gallus, Danus colit, atque Bohemus,

Et Germanus, Iber, Anglus & Illyricus.

Ex Joanne Antonio Velazquez, libro 5. de Maria Immaculatè concepta, dissert. 3. adnot. 7. folio 426. Et fol. 295. adducit fragmentum alterius Hymni, sicut etiam Euseb. in lib. Excep. cap. 27. folio 508. Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 226.

PETRUS Buseus, in libro Concionum sermone de Nativitate Virginis Mariæ, tomo 2. pag.

48. versiculo immunitatem Virginis Deiparæ fatetur his verbis: Omnes nascimur filij iræ; *at hæc sola sine peccato concepta fuit & nata, & ideo Sponsus in Canticis illam dilucidans ait: Tota pulchra es, &c.* Ita Andreas de Urzano in Analyti Conceptionis, art. 2. fol. 95.

PETRUS de Cabrera Cordubensis, Ordinis S. Hieronymi Hispanus, in primo tom. super 3. Sent. quest. 1. art. 3. disput. 1. §. 27. num. 563. fol. 332. *Quod Beatissima Virgo MARIA fuit predestinata ante prævisionem peccati originalis, ideoque ab illo preservata.* Item, *Quod neque in Christo per naturam, neque in Beatissima Virgine per gratiam fuit peccatum originale, ideoque in illis nullum fuit actuale peccatum,* ibidem art. 4. num. 18. folio 335. Lib. impress. Cordubæ 1602. in folio. Item, in 3. part. D. Thomæ: *Quod Virgo MARIA non habuit peccatum originale,* pag. 32. & 35. Lib. impress. Cordubæ, anno 1602. in folio parvo.

Item, in tomo 2. quest. 15. artic. 2. folio 257. *Quod Virgo MARIA habuit iustitiam originale non adequatè quoad collectionem omnium effectuum, sed quoad præcipuos, &c.* Impress. Cordubæ eodem anno & etiam in folio.

PETRUS de Calatrava, Societatis Jesu Hispanus, in Theologicis ac Biblicis Thesibus, Martiri pro Scholis Regiis hanc habuit Quest. principal. *An Virgo MARIA fuerit de factò immunis ab originali proximo debito, antequam ceteri Adami posterii illud contraherent?* & in conclus. 3. & 23. responderet affirmativè.

PETRUS Calderon de la Barca, Poëta Hispanus, & Eques Sancti Jacobi, edidit Poëma sub hoc titulo: *Auto de la Hidalga representado en Granada à las fiestas, que la Ciudad hizo à los desagravios de MARIA Santissima, &c.* & totum est de Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Impress. cum aliis Granatæ 1640. in 4. à fol. 99.

PETRUS Calvus Portuensis, Ordinis Prædicatorum, in Homiliario totius anni, tom. 1. in indice concionatorio adducit pro Conceptione Beatissime Virginis MARIE Elenchum. Lib. impress. Ulyssiponæ 1615. in folio.

Item, in Sermonè ad Philippum III. Hispaniarum Regem, in solemnitate S. P. N. Dominici sic incipit: *Pera nesta gloriosa festa tudo succeder prosperamente pera gloria de Deos, louvor de seo sancto remeollo de nosas almas, saudeimos primeiro, à Immaculada sempre Virgen MARIA nosa Senhora, &c.* Impress. Ulyssiponæ 1619. in 4. Nota, quod nullus antiquus Auctor, qui Sanctificationem Virginis tuebatur, unquam vocavit Virginem Immaculatam.

PETRUS de Calzofayo, in Historia Monastica affirmavit S. Ildephonsum fuisse primum institutorem *festivitatis sanctissime Conceptionis Virginis MARIE*; & allegat Auctorem antiquum vocatum Raymundum. Ita Salazarius de Mendoza in Appendice.

PETRUS de Campo, Ordinis S. Augustini Hispanus, in lib. Historia generalis Eremitarum S. Augustini, lib. 2. cap. 40. fol. 317. refert ex testimonio juridico, quomodo anno 1635. in Conventu vulgariter dicto de N. Señora de Regla à R. P. F. Petro Pino exorcismis adjurata quædam mulier obsessa à dæmone vocato Banqueto, &c. Profecit: *Y obligado con conjuròsa que subiese à la lengua, dixo: llámarse Banqueto, y ser el im-*

mediato à su capitan Lucifero, y haviendo prometido obediencia por medio de los conjuros, y aceptandola el dicho Padre le mandò jurar de decir verdad: y jurò à Dios N. Señory à su Madre santissima, y à su Virginidad, y *Concepcion purissima sin mancha de peccado original*, al qual le hizieron las siguientes preguntas, &c. Alia non pertinent ad nostram assumptionem, sed solum hoc dæmonis juramentum. Barchinone 1640. in folio.

PETRUS de Campo, Episcopus Onnensis, edidit Sermonem impressum sub hoc titulo: *Copia del Sermon que predicò, &c. que havien dose acabado la impresion, que de el deyo hecha en el año el 1545. el Doctor Martin del Campo su sobrino, Abogado del Reai Fisco de la Santa Inquisición y Decano de la facultad de Canones, à honrra y gloria de nuestro Señor y de su bendita Madre Concebida sin peccado original, lo ha echo imprimir, &c.* Toleti 1623. in 4.

PETRUS de Cangas, Ordinis B. MARIE de Mercede Hispanus, edidit Tractatum de nominalis ad Immaculatam V. Conceptionem pertinentibus, &c. Ita Joseph. Pintri in sua noticia Auctore ultimo.

PETRUS Canisius, Societatis Jesu Germanus, Doctor Theologus, in Summa doctrinæ Christianæ, de Salutatione Angelica, & quis sit sensus illius? pro *Immaculata Virginis Conceptione* Caput unum in ordine secundum. Lib. impress. Vencitij 1569. in 12. & Antuerpiæ 1571. in 12. fol. 69.

Item, in Mariali de Triplici genere questionum deque discrimine peccatorum, ad questionem difficilem de *Immaculata Conceptione MARIE* rectius intelligendam Caput unum. Item, Disputat. contra eos, qui salva Ecclesiæ fide *Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem* oppugnant. Caput alterum. Item, Respons. ad Patrum, & præcipue Bernardi sententias, *que cum illibata Virgini Conceptione pugnare videntur.* Caput. Item, *puram MARIE Conceptionem à sectarijs indignè convelli, à Luthe-ro autem & Erasmo defendi,* Caput aliud. Item, *MARIAM Sanctissimam fuisse antequam nasceretur nec solum ipsi, sed & Hieremix in matris utero sanctificationis donum esse concessum, multisq; modis MARIAM sanctificatam censeri,* Caput alterum. Quæ omnia reperies in libro 1. de MARIA Deipara. Impress. Ingolstadtij 1577. in folio & 1583.

Item, in Catechismo sive Summa doctrinæ Christianæ, in Tractatu de peccato Adæ in omnes homines transfuso: *Quod ob peccatum originale nativè filius iræ omnis homo nascitur, excepta Sanctissima Virgine MARTIA, que sine peccato originali concepta est.* Item, de ejus mira Conceptione & festivitatis institutione. Lib. impress. Parisijs 1585. in folio, & Colonia 1606. num. 17. fol. 899.

Item, in Manuali Catholicorum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ Virginis MARIE.* Ingolstadtij 1587. in 12. & Parisijs 1623. in 12. ubi passim vocat MARIAM puram, Immaculatam, interemeratam, &c.

Item, in Notis meditationum & precationum circa Evangelium. Liber generationis Jesu Christi, simulque festum Conceptionis Virginis MARIE Sermonem unum à folio 44. usque 54. Lib. impress. Friburgi Helvetiorum 1593. in 4.

Item, de Precibus cum festo Conceptionis conjugendis ibidem. Item, *Quod Adæ peccatum originale in omnes transfusum est: nam ex eo mundi; & (ut Apostolus inquit) natura filij iræ,* tum

tum semen peccati, diaboli, & mortis omnes efficiuntur, *excepta interim Beata & Immaculata Virgine MARIÆ Dei Genitricis*, quam hoc loco, ubi de peccato originali agitur, non comprehendimus; in Summa doctrinæ Christianæ in tractatu de lapsu hominis, & de peccato Adæ in omnes transfuso, folio 866. Antuerpiæ 1580. in 16. & Coloniae 1573. in 12.

Item, in libro dicto: Excitamenta Christianæ pietatis, folio 488. in *fesivitate Conceptionis Beate MARIÆ Virginis* Summarium cum Lectione ex Proverb. cap. 13. & alia ex Ecclesiast. cap. 24. & Evangelio: Liber generationis Jesu Christi, & Oratione: Famulis suis &c. Lib. impress. Augustæ Taurinorum 1583. in 16.

Item, in Epistolas & Evangelia Dominicalia & festiva, &c. folio 120. in *fesivitate Conceptionis Beate MARIÆ* Epistolam & Evangelium cum Summario. Impress. Antuerpiæ 1613. in 8.

Item, Auctoritatum sacræ Scripturæ & Sanctorum Patrum, quæ in Summa doctrinæ Christianæ continentur, &c. folio 202. de *Immaculata Virgine Conceptione*. Lib. impress. Coloniae 1569. in 4. PETRUS Cantero, Poëta Hispanus, scripsit Carmina de *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impress. cum alijs Baëzæ 1618. in 4.

PETRUS Capullius, Italus Ordinis Minorum, in Commentarijs in 1. & 2. Sententiarum dist. 44. art. 1. puncto 3. Utrum B. Virgo MARIA potuerit fieri melior? fol. 746. secunda propositio: *Quantum ad gratiam infusivisionis, tantam habuit gratiam, quantum pura creatura rationalis, quæ facta est, sic recipere potuit*. Unde D. Anselmus de Conceptu virginali sic inquit: Major sub Deo nequit intelligi, quam fuit puritas MARIÆ Virginis, &c. Lib. impress. Venetijs 1623. in fol.

PETRUS de Cardenas & Arbieta Hispanus, in Elogio ad Hippolytum de Olivares fatetur *Virgine MARIAM fuisse conceptam à peccato originali immunitem*. Lib. impress. Lima 1631. in 4.

PETRUS de Castro y Quiñones, Archiepiscopus Hispalensis Hispanus, dedit plenam licentiam, ut Clerici Confraternitatis Sancti Petri ad Vincula facerent votum seu juramentum *pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis*. Impress. Hispali 1616. in 4. & cum alijs Opusculis de Conceptione in 4. Item, restituit in antiquum splendorem *fesivum Immaculatae Conceptionis* apud Hispalenses. Sic Antonius de Quintanadueñas ad diem 8. Decembris, folio 371.

Item, præcepit ut in omnibus fenestris & portis suæ domus, & totius civitatis affigerentur hæc verba: *MARIAM non tetigit peccatum primi hominis*. Ita Balt. Guerrero in tract. de Concep. fol. 11.

Item, edidit juramentum *pro Immaculata Conceptione* sub hoc titulo: *Relacion del solemne juramento que el Illust. D. Pedro de Castro y Quiñones Arzobispo de Sevilla y su insigne cabildo hizieron en ocho de Diciembre de 1617. in 4. Impress. Hispali eodem anno.*

Item, scripsit Epistolam ad Philippum III. Hispaniarum Regem circa scandala ultimo excitata a parte opinionis adversæ *contra Immaculatam Virginis Conceptionem*; & incipit: El presidente del consejo me ha escrito, &c. Extat manuscr. & data anno 1615. die 20. Augusti.

Item, hic magnanimus Antistes edi curavit, & typis mandari fecit *pro Immaculata Virginis Concep-*

tione omnia illa quæ continentur in tribus Opusculis, quorum primum incipit: Memorial sumario de los 24. informaciones que el Arçobispo de Sevilla mando hazer acerca de las contradicciones que los Religiosos de Santo Domingo han echo à los que defienden y siguen la opinion pia, *de que la Virgen nuestra Señora fue concebida sin pecado original* & habet folia 13. Secundum sic: Memorial sumario de algunas relaciones que de varias Provincias, ciudades y lugares se han imbiado à la villa de Madrid en que refieren algunos escandalos que han pasado en defenfa de las opiniones *de la Conception de nuestra Señora*; & habet folia 6. Tertium sic: Memorial de algunos escandalos muy notables en varias partes del mundo que han sucedido por predicar la opinion contraria à la *Immaculada Conception de la Virgen nuestra Señora*; & habet folia 22. manuscr. De quibus alibi mentionem fecimus.

PETRUS de Castro, Comes de Lemos & Andrada Hispanus, ita fuit devotus *mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod in manibus Archiepiscopi Compostellani fecerit votum de tuenda ejus immunitate à peccato originali. Ita P. Hieronymus de Florentia in sermone de ejus exequiis Martii die 27. Octobris 1622. folio 23. à tergo.

PETRUS de Castro, Episcopus Conchenfis, approbavit Breviarium & officium *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ*, ut in eodem Breviario dicitur. Impress. Conchæ 1560. in 4.

PETRUS de Castro, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Epistolam cum alijs ad Paulum V. *pro diffinitione mysterij Immaculatae Conceptionis*, & extat apud Dazam folio 189. An fuerit hic alius à Petro Nuñez de Castro, non mihi constat.

PETRUS de S. Cæcilia, Ordinis Beate MARIÆ Redemptionis Captivorum Provinciae Conceptionis Hispanus, in Tractatu Evangelico de festivitate S. Raymundi Nonnati, cap. 9. §. 3. folio 55. inquit: Y con otras dos de los mismos colores dispufo este Señor honrrar à su siervo, y mi Padre San Ramon, vistiole antes con la blanca, quando per disposicion y revelacion divina tomo el habito de nuestra Religion, que por precepto de la Reyna de los Angeles puesto à nuestro primer Fundador y General Maestro San Pedro Nolasco, à deser blanco todo, sin admitir cosa alguna de otro color *en memoria de su nunca maculada pureza*, &c. Lib. impress. Granatæ 1627. in 4.

PETRUS de Celada Silva Hispanus, Doctor Complutensis, Canonicus Magistralis Ecclesiæ SS. Justi & Pastoris, & in eadem Complutensi Academia primarius Theologiæ Professor pro cathedra Scoti, in Assertionibus Theologicis, quibus è cathedra præfuit, sæpè defendit *Beatissimam Virginem non solum non contraxisse peccatum originale, sed neq; illius contrahendi debitum*; ut constat ex chartis expansis Compluti impressis anno 1631. 1632. & 1633. &c.

PETRUS Cellensis Abbas, deinde S. Remigij Rhemensis, atque Episcopus Carnotensis, *habet de fesivitate Conceptionis Virginis MARIÆ de ejus preservatione à peccato originali* Epistolam unam latissimam, quæ in libro 6. suarum Epistolarum est in ordine 112.

Item, de eadem *Conceptione* Epistolam alteram quæ est in ordine 167.

D d d d 2

Item;

Item, de eadem materia *Conceptionis V.* aliqua commemorat Epist. 93. Quae omnia reperies in libro impress. Lutetiae 1613. in 4. & tomo 12. Biblioth. Veterum Patrum p. 2.

Item, in lib. de Panibus, cap. 21. sic inquit: Filius est Sanctus Sanctorum, Mater est Sancta Sanctorum; Filius est altare de terra sancta, quia corpus habet de Matre sine culpa; in quo crematur holocaustomata, dum condemnantur peccata, &c.

Item, in lib. Levitici cap. 2. inquit: Virgo clibanus est: oportuit non vili stemma fabricari, quatenus panis de caelo descendens congruum inveniret locum: ignem fumantem nunquam admisit, &c.

PETRUS de Cespedes, Poëta Hispanus, in Canticone de Beatissima Virgine MARIA quasi attribuens effectum Assumptionis carentiae peccati originalis, inquit fol. 22.

Mas como de MARIA

Hasta el cuerpo es sagrado

Es puro y delicado

En alma y cuerpo al cielo la levanta.

Extat cum aliis impress. Matriti 1617. in 4.

PETRUS Charron, Doctor Parisiensis & Canonicus Condonensis, in libro Gallico: Discours Chrestiens de la divine creation, redemption, &c. discurs. 6. pag. 282. habet Sermonem de Immaculata Virginis Conceptione. Impress. Parisiis 1612. in 8.

PETRUS Ciogius, Poëta Latinus, in lib. Sacrarum descriptionum, lib. 14. fol. 183. loquens de Virgine MARIA inquit: Plena Deo ex ortu, plena ex Conceptibus ipsis. Lib. impress. Romae 1621. in 12.

PETRUS Cirvelus, Doctor Complutensis Hispanus, in Expositione libri Missalis, cap. 116. de officio Beatissimae Virginis MARIE in Sabbato, folio 260. inquit: Restant ergo interpretanda nobis aliorum ordinum officia, quorum primum est intemeratae Matris Christi Virginis MARIE, quod pro suorum varietate multiplex est, scilicet Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis & Apparitionis novae, &c. In hoc cap. vocat Virginem Immaculatam, plenam gratiae, & alia habet quae ejus immunitatem à peccato respicere videntur. Lib. impress. Compluri, 1528. in folio.

PETRUS Cisterciensis, Religiosus Cœnobij vallis Senensis Paris. in Historia Albigensum & sacri belli in eos anno 1209. suscepti &c. testis oculatus, cap. 7. fol. 23. inquit: Contigit tempore illo quoddam miraculum fieri, quod in hoc loco dignum duximus interferendum. Disputaverant quadam die quidam Prædicatores nostri viri Religiosi adversus Hæreticos; unus autem de nostris Dominicus nomine vir totius sanctitatis, qui socius fuerat Episcopo Oxomensis, auctoritates quas in medium produxerat, redexit in scriptum, & eidem Hæretico tradidit scedulam illam, ut super objectis deliberaret. Nocte igitur illa erant Hæretici congregati in una domo sedentes ad ignem: ille autem cui vir Dei traderat scedulam, produxit eam in medium. Tunc dixerunt focij sui, ut in medium ignem illam projiceret: si scedula illa combureretur, vera esset fides, immo perfidia Hæreticorum; si verò incombusta maneret, fidem quam prædicabant nostri veram esse faterentur. Quid plura? in hoc consentiunt omnes: scedula in ignem projicitur. Sed

cum in medio igne aliquantulum moram fecisset, incombusta penitus ab igne resiliit. Stupentibus qui aderant, unus cæteris durior ait illis: Projicitur in ignem iterum, & tunc experiemur plenius veritatem. Projicitur iterum, iterum resiliit incombusta. Quod videns ille durus & tardus ad credendum, dixit iterum trina vice: Projiciatur, & tunc sine dubio rei exitum cognoscemus. Projicitur tertio: nec tunc quidem comburitur, sed integra ab igne resiliit & illæsa, &c. Hucusque Petrus testis oculatus. Lib. impr. Trevis 1615. in 8. In hac schedula dicunt aliqui fuisse scriptam sententiam pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione de qua diximus supra verb. Dominicus de Guzman.

PETRUS Clemens, Presbyter Gallus, in libro: L'office de Saint Estienne du Mont, fol. 212. explicat de Beata Virgine illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et infra: Sol occasum nesciens, stella semper rutilans, semper clara. Et folio 253. die 8. Decemb. de Conceptione Beatæ Virginis MARIE versu & oratione. Impress. Parisiis 1649. in 8.

PETRUS de Colindres, Societatis Jesu Hispanus, scripsit *Triumphum de peccato originali*. Lib. impress. Astigii 1641. in 4.

PETRUS Comestor, Presbyter Trecentis Gallus, & Auctor Historiæ Ecclesiasticæ, scripsit pro puritate Virginis MARIE illa decantatissima ac millies repetita Carmina, quæ sic se habent:

*Si fieri posset, quod arena, pulvis & nuda,
Vndarum gutta, gemma, eq., & lilia, flamma,
Æthera, Cælicola, nix, & ardo, sexus atq.,
Ventorum penne, volucrum & pectus omnes, omnes,
Silvarum rami, frondes, avium quæq. penne,
Ros, germen, stella, pisces, angues, & arida,
Et lapides, montes, corvales, terra, dracones
Lingua cuncta forent; minime deprobrare possent
Quæ sis vel quanta, ô Virgo Regina MARIE;
Quæ tua sit puritas, vox, litteræ, nec dabit atæ.*

Sic extant apud Joannem Vitalem in suo Defensorio Conceptionis, lib. 4. Ancil. 2. licet in altero originali Alani legatur in ultimo versu pietas; sed hic scriptoris error fuit, ut de se patet; nam ibidem agitur de puritate Virginis, non de pietate: nec verba erant ad rem. Denique, quia in prædicto Alani originali alia verba extant mendose transscripta.

Item, Antonius Chucarus Episcopus Azernensis in suo Elucidario, part. 4. fol. 64. col. 1. adducit post supraposita, sequentia ex eodem Petro Comestore: *Candens sine fœtore lilium, speculum decorum sine originali macula, nardus nitens puritate, odorifera radix innocentiæ, rubus visionis Moysæ ardens, & incombusta platanus, &c.*

Item, scripsit Libellum de Immaculata seu pura Virginis Conceptione, quem citant prope infiniti Auctores. Joannes Antonius Velazquez adducit fragmentum prædicti libelli ad illa verba: Et ipse fundavit eam Alissimus, fol. 127. & 177. Sed istum libellum existimo esse Sermonem ejus insignem pro Immaculata Virginis Conceptione impress. Antwerp. apud Guilielmum Vorstermannum ad ann. 1536. in 8. parvo, quem nos dabimus prælo, Deo dante, hoc anno: quia dignus æternæ memoriæ est.

PETRUS

PETRUS à Conceptione, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: *Soplos en defenfa de la pura Concepcion de N. Señora la Virgen MARIA*, contra algunos Atomos que se han levantado y opuesto a queftos dias al Sol de la Verdad, &c. Impress. Vaylonæ 1661. in 8. editusq; est divisim & conjunctim cum aliis Opusculis de eadem materia.

PETRUS Coppin, Doctor Parisiensis Gallus, in Continuatione Annalium Cæsaris Baronij secundum Henricum Spondanum latissimè agit de *Immaculata Virginis Conceptione*, præcipuè tom. 1. Vide indicem verb. Conceptio. Impress. Parisijs 1654. in folio.

PETRUS Cornejo de Pedrosa, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in disputatione de Sanctificatione Beate MARIE, inquirat dubia sequentia: Utrum beata Virgo fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero? Utrum Beata Virgo peccaverit de facto in Adam? An Beata Virgo fuerit sanctificata in proximis, vel intermediis parentibus? Utrum Virgo potuerit sanctificari in primo instanti sue Conceptionis? Assertivè. Utrum in casu, quo Beata Virgo contraxerit originale in primo instanti sue Conceptionis, potuerit in eodem instanti justificari à Deo? Utrum in eodem casu possit Beata Virgo esse in originali solum per instans, & immediate post justificari? Utrum de facto contraxerit peccatum originale? cuius Conclusio est: *Quòd Virgo de facto non contraxit peccatum originale*. Utrum Beatissima Virgo in principio fuerit concepta ex semine virili? Item, Utrum Beata Virgo habuerit ulum rationis ab instanti sue animationis? Quæ omnia reperies in tractatu 3. de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIE in 3. part. D. Thomæ, à fol. 222. usque 249. Lib. impress. in Carmelo Pinciano 1629. in folio.

Item, de *Immaculata Virginis MARIE Conceptione* scripsit Librum unum, de quo agit Antonius de Leon in sua Biblioth. & citat Cassan. stat. 5. & 18. & 138. Non extat excusis.

PETRUS Correa, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: *Conspiracion universal contra los siete vicios*, &c. discursu 5. conclusione 3. 5. 12. fol. 105. asserit: *Quòd Virgo MARIA fuit absq; macula peccati originalis*, usque ad folium 109. Item, discursu 6. conclusi. 5. 5. 18. folio 157. agit de eadem immunitate Virginis MARIE à peccato originali. Lib. impress. Ulyssiponæ 1615. in folio.

Item, in libro: *Triumphos Ecclesiasticos*, part. 2. ferm. de Purificatione Virginis, fol. 130. *Quòd Despara à primo instanti sue Conceptionis fuit magna*, quia fecit illi magna qui potens est, &c. Lib. impress. Evoræ 1623. in 4.

Item, part. 1. de Triumphis Ecclesiasticis, de *Conceptione Immaculata Virginis MARIE* Discursum unum, qui est in ordine 8. à folio 151. usque 176. Lib. impress. Ulyssiponæ 1617. in 4.

PETRUS de la Coite Condomois, Ordinis Prædicatorum Doctor Theologiæ, & Prior Conventus Agenen. Gallus, in libro: *Douze Sermons sur le Cantique Virginal, dit Magnificat*, &c. sermone 7. folio 65. à tergo: *Quòd inter gratias quas fecit Virgini MARIE, fecit unam singularem, hoc est præservando à contagione & macula originali*, sicut demonstrat S. Cyprianus in ferm. de Natiuitate, dicens: *Quòd præservavit Virginem ab incendio originali*, &c. Prosequitur latè adducendo aucto-

ritatem S. Augustini de Natura & Gratia, & alia quàmplura; ut videre est in lib. impress. Parisijs 1581. in 8. & Rothomagi 1605.

Item, in libro: *Quatre sermons sur la salutation Angelique*, &c. ad illa verba: *Ave gratia plena, fol. 52. sic explicat illud: Inimicitias ponam inter te & mulierem; & ipsa conteret caput tuum: Je mettray inimitié entre toy & la femme, entre ta semence & la semence d'icelle; elle te brisera & cassera la teste. Or si la Vierge MARIE à cassé & rompu la teste au diable, commet à elle contracté le peché originel? Car il fault dire l'un des deux, à sçavoir, que la Vierge a peché originellement, ou nō. Si vous dites qu'elle a peché originellemet, s'enfuit bien qu'elle n'est preservée du peché; elle est esclave du diable, comment luy à elle cassé & rompu la teste? Si donc elle a cassé la teste à sathan, s'enfuit tres-bien qu'elle a esté sans peché; autrement la Sainte Vierge n'eût esté victorieuse sur sathan. Les Juifs, les Sarrasins & Mahumetains qui sont les Turcs, avoient la Vierge MARIE estre conçeuë sans peché. Il y a un Rabin entre les Juifs, fort ancien nommé Rabi Salemon, lequel portât témoignage de l'intégrité d'icelle, demontre que nostre Seigneur descendra la cause d'icelle au jugement contre ses calomnieurs qui la voudroient calomnier, qu'elle auroit esté conçeuë en peché, &c. Et inde prosequitur latè demonstrando ejus Immaculatam Concept. usque ad fol. 61. & sic solum transcribo aliquas ipsius notatiunculas marginales. In una inquit: *Tous les Saints (hormis la Vierge MARIE) sont subjects au peché originel*. Et in altera: *Si la Vierge a brisé la teste au diable, s'enfuit bien qu'elle a esté conçeuë sans peché*. Et in altera: *Les Juifs, les Sarrasins & autres infideles disent la Vierge avoir esté conçeuë sans peché, &c.* Et in altera: *Les Turcs croient la Vierge MARIE estre conçeuë sans peché*. Et denique in altera: *Si la Vierge MARIE eût esté conçeuë en peché, s'eût esté un grand deshonneur à IESU Christ, car les adversaires eussent peu dire qu'elle estoit conçeuë en peché: pourtant que son Fils (qui est vrai Dieu) ne l'avoit peu preserver d'icelle tache originel*. Alia plura vide ibi. Lib. impress. Parisijs 1583. in 8. Et ibidem cum aliis Opusculis an. 1600. etiam in 8.*

Item, in Sermonibus super *Salve Regina*, ad illud: *Vita, dulcedo*, &c. fol. 28. sub hac notula marginali: *Virgo MARIA concepta sine peccato originali*, &c. plura etiam dicit de ejus præsertatione. Lib. impress. cum aliis Opusculis ejusdem Auctoris ut supra.

PETRUS Cotteriau Senonensis, Doctor Parisiensis, pro prima Sorbona quæ est Minorum, die 5. Julij anno Domini 1658. defendit ac sustinuit immunem fuisse Christum per naturam & *MARIAM per gratiam à peccato originali*, à quo nullus alius immunis extitit. Impress. eodem anno in charta expansa.

PETRUS Cottonius Forecin, Societatis Jesu, à Confessionibus & Concionibus Regibus Christianissimis Henrico IV. & Ludovico XIII. in libro de Concionibus sive Meditationibus de præcipuis Filij Dei mysteriis, fol. 42. medit. 4. de Excellentissimæ gloriosæ Matris Dei: *Quòd sine ullo peccato concepta fuit, & in gratia anima ejus creata, & eodem instanti corpusculo in Anna matris ejus visceribus formato & organizato infusa*. Item, *Quòd in ipso creationis sanctificationis & infusionis instanti Deum & cognovit & amavit, &c.* Lib. impress. Colonix 1617. in 8.

Item, in libro: Institution catholique ou est declaré, & confirmé la verité de la Foy, &c. de la incomparable & tres-heruse Vierge, fol. 65. cap. 7. qu'ella à esté exempte de peché; agit latè de ejus præfervatione à peccato originali. Lib. imp. Parisiis 1610. in 4. magno.

Item, in libro: Sermons sur les principales, & plus difficiles matieres de la Foy, folio 52. de excellentis Matris Dei, meditatione 4. *Quid illa fuit creata in gratia, & eodem instanti infusa corpori organizzato in utero S. Annæ, & statim Deum agnovit, &c.* Impress. Rothomagi 1626. in 8.

PETRUS Colvaruvias, Hispanus Ordinis Prædicatorum, scripsit Sermones in duas partes distributos, in quibus plura sparsim adducit pro puritate Virginis MARIE, tamen in communi & universaliter; nam Dominica prima Adventus sermone 8. fol. 29. dicit *V. MARIAM semper fuisse claram, & solem cæcæ nescientem, stellam semper rutilantem, semper claram.* Et alibi vocat *Speculum sine macula, &c.* Lib. impress. Parisiis, an. 1520. in 4.

PETRUS de Covos, Societatis Jesu Hispanus, scripsit Concionem pro mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ut videre est libro impress. Granatæ 1651. folio 233.

PETRUS Courtin Carmelitanus, Doctor Parisiensis Gallus, in libro: Sermons & exhortations Catholiques sur les Evangiles des Dimanches de l'année, & festes des Saints, fol. 21. adducit Sermonem pro die Conceptionis Domine nostræ: Liber generationis. Impr. Parisiis 1597. in 8. ubi præclara pro præfervatione Virginis à peccato originali.

PETRUS Crabbe Mechliniensis, Ordinis Minorum, adducit decretum de Conceptione gloriosa Virginis MARIE à Concilio Basileensi editum in tomo 2. Conciliorum generalium, &c. folio 626. Impress. Coloniz 1538. in folio.

PETRUS Cresci, Anconitanus Italus, super Immaculata Conceptione Beatissima Virginis Elegiam unam in libro de Virginibus, & Sanctis. Impress. Venetiis 1589. in 8.

PETRUS Crespecius, Ordinis Cælestinorum Parisiensis, & Prior Sueffionensis, de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, ac ejus festivitate in libro: Summa Theologiæ, fidei Apostolicæ, doctrinæ Ecclesiasticæ, nec non totius Juris Canonici, verb. MARIA, folio 582. sub titulo: *MARIE Immaculata Conceptio* adstruitur, latissimè probat præfervationem ex dictis SS. Patrum, Conciliis, ac variis Doctoribus. Impress. Lugduni 1598. in folio.

Item, in libro dicto: Le triomphe de MARIE Vierge & Mere de Dieu, folio: Dies primus de electione & prædestinatione MARIE, ab æterno ut esset Mater Dei; ubi latè & pulchrè de nostro instituto agit; & à folio 18. à tergo: Dies secundus purissimæ & Immaculatae Conceptionis MARIE absque macula originali, latè usque ad folium 33. Lib. impress. Parisiis 1588. in 8.

PETRUS Damasceni, Auctor Antiquus, in libro dicto seu inscripto de Laudibus ac festis gloriose Virginis Matris MARIE, aliàs Mariale dictus, per Doctores eximios editus & compilatus, &c. & incipit Prologus: Quoniam de gestis, &c. & habet capita 142. Opus verò incipit: Si Deum ore prophetice; & cap. 6. cujus titulus est de Sanctificatione ipsius in utero matris, ex S. Ildephonso sic inquit: Dicitur si non in matris utero sanctificata fuisse,

et, ejus Nativitas colenda non esset: nunc autem quia in veneratione habetur auctoritate totius Ecclesiæ, constat eam ab ipso peccato originali immunem fuisse, per quam non solum Evæ matris soluta est maledictio; verum etiam omnibus condonata benedictio. Nullis ergo quando nata est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit, &c. Alias auctoritates adducit ex Alcuino, Bernardo & Augustino. Lib. impress. characteribus antiquis in folio, absque anno & loco impressio.

PETRUS Damascus de Conineck, Ordinis Sancti Augustini, in Theibus Theologicis habitis Lovanii 29. Aprilis, anno 1637. Theii 5. partis secundæ, hæc inquit: *Eximitur Virgo Deipara.* Imp. ibidem in 4.

PETRUS Damianus Beatus, multa habet in suis Operibus (de quibus in Radiis Solis Veritatis) quorum præcipua sunt sequentia: Creaturæ studio voluntatum motus magnos conciverunt contra Deum, sola Virgo innocua peccati regem Deo dedit: fuit reclinatorium aureum summi Regis incorruptum, in quo nullus nisi solus Deus conleat. Item, idem: Germinat ergo virga Jesse de tortuosa generis humani radice, & de Patriarcharum arbore in altitudinem & rectitudinem erumpens omnem ignorat nodositatem filiorum tenebras. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Tota pulchra, quia tota desiccata; & macula non est in te, quia Spiritus Sanctus supervenit in te. Sola illa Mater, & Filia Creatoris nec descendit, nec cecidit. Item, idem: *Quid ergo vitij in ejus mente vel corpore locum vendicare poterit?* Hæc adducit Martin. Philippus in suo Theatro, tom. 2. sæcul. 11. fol. 1268.

PETRUS Delgadillo & Ariola, Poeta Hispanus, scripsit Cationem de Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Impress. cum aliis Granatæ 1651. folio 289.

PETRUS Delgado, Ordinis Prædicatorum, scripsit pro immunitate Virginis à peccato originali. Ita Franc. Maria Pistoia in libro de MARIA Triumphator. 2. cap. 5. fol. 162.

PETRUS Diaz de Aguero, Doctor Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: Demonstracion clarissima en discurso sucinto y breve de la Immaculada y purissima Concepcion de la Virgen Santissima MARIA Madre de Dios Reyna de los Angeles y Señora nuestra inferida y que se deduce de gravissimas auctoridades de Pontifices, de Cardenales, de Santos, de Padres antiguos, de Religiones, de Universidades, de Doctores assi Theologos, como Juristas, de Emperadores, de Reyes de acerrimos enemigos de N. Santa Fè Catolica, de Razones eficaces, de revelaciones y de milagros prodigiosos, vistos y sucedidos en diferentes tiempos y lugares que de justicia piden y se les deve el credito à este divino y soberano mysterio, &c. Impress. Matriti 1618. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

PETRUS Diaz Mayorga, Doctor Hispanus, edidit Libellum sub hoc titulo: Relectio Scholastica, an hæc veritas: *Beata Virgo preservata fuit & immunis à peccato originali, sit in statu proximo definitionis, & oporteat definiri super distinctione* 25. libri 3. Magist. Sent. meditata, disposita & lecta spatio viginti quatuor horarum, &c. Impress. Compluti 1653. in 4.

PETRUS Dignensis Episcopus, natione Galus, cum alijs 12. Episcopis approbavit & subscripsit

scriptis decreto à Concilio Provinciali Avinionensi edito pro feſtivitàte Conceptionis Beatiffimæ Virginis **MARIÆ**. De quo vide Purpur. Mar. fol. 360.

PETRUS Dore five Auratus, Doctör Theologus Ordinis Prædicatorum Gallus, in libro cuius titulus est: *L'image de vertu demonſtrant la vie de noſtre Dame*, &c. agit de *Immaculata Virginitate MARIÆ Conceptione*, à folio 1. uſque 28. ubi adducit per quatuor capita, quamplura Scripturæ loca, ex quibus deducit ejus immunitatem à peccato originali. Sed (ut brevitas conſulam) ſolum adducam inſcriptiones Capitulorum: Premier chapitre de la beauté de l'image de vertu, qui eſt la Vierge **MARIÆ** peinte de toutes ſes couleurs par le Saint Eſprit en ſa Conception. Second chapitre de la louange donnée à noſtre Dame viſve image de vertu par les filles d'honneur pour ſa beauté ſupernaturelle en ſa Conception. Chapitre troiſième: Comment noſtre Dame image de vertu eſt belle comme la lumière, dont ſes filles d'honneur s'admirent. Lib. impreſſ. Pariſijs 1540. in 4. parvo & 1588. in 8. & 1549. in 8. atque 1582. cum imagine Immaculatae Conceptionis. Et iterum ibidem abſque anno impreſſionis. Inter alia verò hæc dicit ex Gallico in Latinum verſo: Et illud Concilium feſtum Conceptionis Beatæ **MARIÆ** Virginis inſtitui decrevit, affirmans **MARIAM** à labe originali fuiſſe immunitem; ita ut omnibus, neque dictis neque prædicationibus ſentire aliter, prohiberit: Bacchalaurei gradus in noſtra Facultate Pariſienſi acquirere cupientes, hanc veritatem ſe deſenſuros fore jurare coguntur. Unâ ſimul filiz Sion, id eſt, animæ contemplatives, fideles & Catholicæ in Eccleſijs & Chriſtianorum congregationibus virtutum imagine in **MARIAM** videntes, laudibus ſimul ac honoribus accumulanti, & illam ſolam eſſe beatiffimam ulla ſine cõtradictione affirmanti: nos verò illius laudes prædicamus, & virtutes ad memoriam perpetuam ſcriptas mandamus, ut noſtrum poſt mortem teſtimonium dent, *Conceptionem ejus gratia præventæ nullâ fuiſſe maculâ contaminatam, immò Dei benedictione, gratia & ſanctificatione in tali plenitudine & abundantia gratificatam, & ex ea præmium veræ redemptionis, ablutionis aquam, panem refectionis, morborum medicinam, clypeum deſenſionis, remunerationis fructum, Jeſum noſtrum benignum Redemptorem, &c.*

PETRUS Dorlandus, Carthuſianus Theutonicus in Vita glorioliſſimæ matris Annæ de Conceptione ac Nativitate divæ Virginis **MARIÆ** Cap. unum, & eſt in ordine 5. folio 559. Impreſſ. cum vita Chriſti Landulphi Pariſijs 1516. in 4. regali & Lugduni 1519. in fol. Venetijs 1568. in 4. & Italicè Ferrariæ 1586. in 4.

PETRUS Emotte, Doctör Pariſienſis & Canonicus Theologaliſ Laudunenſis Gallus, in libro: *Sermons & exhortations Catholiques ſur toutes les Epiſtres & Evangiles de chacun Dimanche de l'année*, folio 146. *pro die Conceptionis Domine noſtræ* Sermonem ſuper *Tota pulchra eſ amica mea & macula non eſt in te; ubi latè de ejus præſervatione*. Impreſſ. Pariſijs 1585. & 1589. in 8.

PETRUS de Eſcobar, Poëta Hiſpanus, edidit Canticum circa immunitatem Virginis **MARIÆ** à peccato originali. Impreſſ. Baëzæ cum alijs 1618. in 4.

PETRUS de Eſpinofa, Poëta Hiſpanus, in lib. Flores de Poëtas illuſtres de Eſpaña, ex varijs Scri-

ptoribus vocat Virginem **MARIAM** puram, candidam, &c. Lib. impreſſ. Valliſoleti 1605. in 4.

PETRUS de Eſpinofa, Societatis Jeſu Hiſpanus, ſuz integritatis præſidium habuit in *myſterio Immaculatae Conceptionis*, & martyr obiit. Ita Joan. Nadaſij in ſuis Annalibus num. 858. fol. 414.

PETRUS Eulart Arieniſis, Societatis Jeſu Flander, in Concordantijs moralibus & hiltoricis Bibliorum ſacrorum, verb. **MARIA**: *Quod Virgo prænuntiata fuit in illo: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa comeret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus*, Genef. 3. verſ. 15. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, an. 1625. in 4.

Item, in libro: *Exercitium Chriſtianæ pietatis*, fol. 20. in exercitio diei Dominicæ ſic inquit. Secundò confidera B. Virginem multa habere privilegia inexplicabilia. Illud præcipuè, quod & Virgo ſit & Mater Dei. *Secundò ab omni peccato immunis*, nec veniale quidem toto vitæ ſuz tempore commiſit, &c. Item, infra in Orationibus pro Congregatis, fol. 212. adducit Antiphon. illam: *Hæc eſt virgo, in qua nec nodus originalis nec cortex actualis culpa fuit*, cum Verbu & Oratione Immaculatae Conceptionis. Lib. impreſſ. Lovanijs 1620. in 16.

PETRUS Feray, Ordinis Minorum, in libro: *L'aigle transcendant*, qui comprend ſous ſes ailes vingt-quatre Sermons pour les Advents, ſur le premier chapitre de l'Apocalypſe, ſuper illa verba: *Tota pulchra eſ amica mea*, à fol. 664. uſque 697. adducit Sermonem de *Immaculata Virginitate Conceptione*. Lib. impreſſ. Pariſijs 1618. in 8.

PETRUS à Figueiro, Canonicus Regularis Sancti Auguſtini Hiſpanus, tom. 2. ſuorum Operum ſuper cap. 9. Prophetæ Amos, fol. 286. ad illud: *Et reardificabo aperturas murorum ejus*, inquit: Nam ex Angelis plurimi integri & recti remanſerunt, & ex hominibus ſemper poſt Adæ poenitentiam aliqui pij & veri Dei cultores exiterunt. Non itaque omnino & proſus cecidit, ſed magna ex parte; quanquam ex hominibus, ſi originale peccatum ſpectes, quod in primis parentibus fuit actuale, omnes ad unum ceciderunt, excepto Chriſto, qui omnes erecturus erat; qui etiam ſacraſſimam Virginem Matrem ſuam ſingulari privilegio ab ea labe præſervavit, &c. Lib. impreſſ. Lugduni 1615. in folio.

PETRUS Foſcarinus Venetus, in *Mariæ* à ſe traducto R. P. Laurentij de Zamora ex lingua Hiſpanica, à fol. 248. agit de *ſolemnitate puriſſimæ & Immaculatae Conceptionis Domine noſtræ Virginis MARIÆ* uſque fol. 332. Lib. impreſſ. Venetijs 1637. in 4.

PETRUS Fuſecchius Italus, in lib. ſuper *Salve Regina*, cant. 4. loquendo de glorioſa Virgine **MARIÆ**, ſic inquit: *Queſta myſtica Saba lacirole, parte lantane, cio è ogni peccato actuale, & peccato originale eſſendo dactto præſervata*. Ita Andreas de Peruzzinis in *Analyſi puriſſ. Concept.* art. 2. fol. 109.

PETRUS de Fuxo Senior, Gallus Ordinis Minorum, ac S. R. E. Card. cum annò 1557. eſſet Sedis Apoſtolicæ à latere Legatus, celebravit Avinione Concilium Provinciale, in quo edidit decretum circa Conceptionis Virginis **MARIÆ** feſtivitàtem, &c. Vide Armament. in Reg. col. 54. Purpur. Marian. fol. 368. & Avinionenſe Concilium.

PETRUS

PETRUS Gabriel de Aragon, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit & prædicavit Sermonem de purissima Conceptione Principissæ Angelorum in certamine Poëtico Calatajubii, &c. Impress. cum alijs Casaraugustæ 1619. in 4. à fol. 23. usque 62.

PETRUS Galan, Ordinis Fratrum Minorum Hispanus, edidit Sermonem de festiuitate Immaculate & Conceptionis sacratissimæ Virginis. Impress. Conchæ 1615. in 4. cum imagine purissimæ Conceptionis.

PETRUS Galatinus, Ordinis Minorum Italus, in suo libro de Arcanis Catholicæ veritatis, lib. 7. à cap. 5. usque ad 9. Quod opinio de Immaculata gloriose Virginis Conceptione vetustissima sit, Caput unum. Item, Quod Mater Messia absque originali peccato concipienda esset, Caput alterum. Item, Conclusio de Immaculata Virginis Conceptione septem Theologicis, ac simul naturalibus confirmatur rationibus, Caput alterum. Item, Quod innumerata Mater Messia absque libidine & concupiscentia genita fuit, Caput alterum. Item, Quod merito passionis Christi exempta fuerit Virgo gloriosa à peccato originali, & modo notabilissimo redempta, Caput alterum. Quæ omnia reperies ibi latè. Lib. impress. Ortonæ 1518. in fol. 1515. & Basileæ 1510.

PETRUS Galestinus, Protonotarius Apostolicus, in Martyrologio S. Romanæ Ecclesiæ in singulos anni dies accommodato ad SS. D. Gregorium XIII. Pont. Opt. Max. ad diem octavam Decembris: Conceptio Beatissimæ Virginis MARIÆ Dei Genitricis. Item, in Annotationibus ad prædictum diem hæc habet: De qua constitutio extat Sixti IV. Pont. Max. Concilij Tridentini & Pij V. Illam in suis quidam rerum Pontificarum Scriptor à Sixto Pont. institutam quidem opinatur; sed longè ante profectò celebrata appareret tum ex ijs, quæ S. Anselmus scripsit; tum ex eo, quod Græci hoc ipso die jam multis ante sæculis eam celebrant, ut è tabulis, Græcaque constitutione animadvertimus. Lib. impress. Venetijs 1578. in 4.

PETRUS de Gammarra, Ordinis Minorum Hispanus, de quo dicitur in Historia Montis Cœlij Domina nostræ de la Salzeda loquendo de Oratorio Immaculate Conceptionis, libro 3. cap. 5. fol. 475. Aquí vivió el santo Fr. Pedro de Gammarra Guardian de esta sancta Casa, à quin hablo el sa grado Crucifixo, y à quien el cielo favorecio coronandole como à soldado suyo con guirralda de flores. Estan al rededor verlos latinos, y castellanos, volviendo por la honra y limpieza de la Virgen y algunos dichos de Santos, &c. De hoc etiam agit Antonius Daza lib. de Concep. cap. 6. folio 43.

PETRUS de la Gasca, Episcopus Siguntinus, approbavit Breviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo est Officium de Conceptione Virginis MARIÆ cum octava. Impress. anno 1560. in 4.

PETRUS Georgius Odescalculus, Cremonensis Clericus Regularis, scripsit pro Immaculata Virginis Conceptione, ut testatur Franc. Maria de Pistoia in MARIA Triumphante coron. 2. cap. 5. fol. 557. num. 71.

PETRUS Giron, Dux Ossunæ, cum esset Prorex Neapolitanus anno 1618. in ferijs Beatissimæ Virginis MARIÆ sine originalis peccati labe conceptæ sacris unà cum Universitate, Concilij & Militia Neapolitana solemne juramentum præstitit pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione. Ita Antonius Baliz-

ghen in Calendario Mariano die 8. Decembris, Marraccius in princip. Marianis.

PETRUS Giustinellus Brescianus, Societatis Jesu Italus, in libro de Triumpho castitatis contra vitium incontinentiæ part. 3. fol. 467. vocat Virginem MARIAM puram creaturam purissimam, immaculatissimam, & quod nullam habuit molestem vel suggestionem vel minimam, aut levisimam cogitationis peccati motionem, &c. Lib. impress. Mediolani 1610. in 16.

Item, in lib. Directorio brevè è facile per confesarse fol. 225. in Oratione contra omnem tentationem maximè in hora mortis, sic inquit: MARIÆ IESU per Immaculatam Conceptionem & purissimam virginitatem tuam, & per intercessionem castissimi Ioseph sponsi tui adjuva me. Lib. impress. Mediolani 1645. in 24. Vide fol. 207. & 226.

PETRUS Glantavensis Episcopus Gallus, cum alijs clarissimis Episcopis subscripsit decreto facto in Concilio Provinciali de Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ, juxta sanctionem Concilij Basileensis, ut dicitur in libro Purpur. Marian. folio 399.

PETRUS à Gogni de Viguria Pampilonensis, & Rector Gollanus, in Vita Beatæ MARIÆ Virginis cap. 5. de illibata MARIÆ Virginis Divinae nostræ Conceptione. Lib. impress. Antuerpiæ 1608. in 8. ubi plura invenies pro hoc mysterio à folio 66. usque 118.

PETRUS Gomez Duran, Eques Sancti Joannis Hispanus, in libro: Historia universal de la vida y peregrinacion del hijo de Dios en el mundo, &c. 5. 2. fol. 12. inquit: Fue concebida en Iosafem la Virgen nuestra Señora, y en ella asentó el cierto Padre la primera piedra del edificio de nuestra redempcion, santificando su alma en el primer instante que fue criada, y unida al cuerpo organizado en el vientre de Santa Anna su madre, &c. Lib. impress. Salmantica 1610. in 4.

PETRUS Gonzalez de Apallaza, Poëta Hispanus, scripsit Glossam pro illibato Conceptu Dei Matræ MARIÆ, & extat cum alijs apud Sanct. Zapata lib. de Concep. folio 128.

PETRUS Gonzalez de Azebedo, Episcopus Placentinus, in libro Elogiorum sanctissimæ MARIÆ Virginis pag. 1. Sancta MARIA à macula peccati originalis fuit preservata in sua Conceptione, & ab omni contagione corporis & animæ & intellectus liberata, ab Altissimo præcognita & sibi præparata, &c. Item, in discursu prædicti libri ex Sanctis Patribus collegit diversa Elogia quæ immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali indicant, verbi gratia, quod fuerit ab omni reprehensione aliena, benedicta ante ortum, in ortu & post ortum; cui collata fuit gratia ad vincendum ex omni parte peccatum; cui tota se infudit plenitudo gratiæ; & omnia impoluta, cui nullum obrepit peccati contagium; tota pulchra & absq. macula, &c. Vide alia plura in prædicto libro. Item, de Conceptione Virginis MARIÆ adducit amplam Litaniam ad finem ejusdem libri, folio 277. Item, in Notis ad ipsa Elogia latissime tractat de Immaculata Virginis Conceptione, ac ipsius festivitatis initio tam in Ecclesia Latina, quam Græca, à folio 227. usque 237. Impress. Salmantica 1621. in 8.

PETRUS Gonzalez de Mendoza, Archiepiscopus Toletanus & S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, reformavit Breviarium Toletanum,

Tolerantur, in quo folio 418. est *Officium Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. Venetijs 1488. in 4.

Item, Templum maximum Urbis Granatenfis, quod Rex Catholicus Ferdinandus, & Isabella Serenissima conjux ob victoriam de Mauris hostibus reportatam *purissimæ Conceptionis Domine nostræ erigendum venerat, in honorem ejusdem purissimæ Conceptionis creavit dicavitque, &c.* Ita Hippolyt. Marrac. in *Purpur. Marian.* folio 370. ex Salazario.

PETRUS Gonzalez de Mendoza Hispanus, & Episcopus Salmanticensis, in Synodalibus Constitutionibus illius Ecclesiæ inter festivitates observandas enumeravit *Conceptionem Domine nostræ ac Virginis MARIE, &c.* Vide verb. Salmanticensis Ecclesiæ.

PETRUS Gonzalez de Mendoza, Ordinis Minorum & Archiepiscopus Granatenfis & Cæsaraugustanus Hispanus, in libro del Monte Celio de nuestra Señora de la Salceda, libro 3. cap. 5. sub titulo: *Hermita de la limpißima Concepcion de nuestra Señora*, agit latè de hoc mysterio à fol. 475. usque 494. Lib. impress. Matriti 1613. in folio. Granatæ 1616. in folio.

Item, in ferm. habito in Capitulo Generali nostræ Seraphicæ Religionis celebrato Toleti an. 1606. & impress. per R. Fr. Alphonsum de Frias, fol. 15. agit de mysterio Conceptionis sanctissimæ Virginis defenso à Scoto. Impress. 1608. in 4.

Item, anno 1620. cum esset Archiepiscopus Cæsaraugustanus, scripsit Epistolam, cujus subscriptio est: *A la beatitud de Paulo V. por averle encargado el Rey Don Felipe III. informale à su santidad acerca de discurrir de se el punto de la Conception, y de los votos que han hecho en su favor.* Incipit Epistola: Santissimo Padre, De dos Iglesias en que V. S. à fido servido ponerme Granada y Zaragoza he representado el comun afecto que los fieles, &c. Ex quibus verbis constat, quòd alias Epistolam scripsit pro hoc mysterio. Extat hæc manuscr. in Archivo Matriten. tomo 4. in principio.

Item, cum esset Archiepiscopus Cæsaraugustanus, scripsit Epistolam pastoralem commendativam devotionis *Immaculatae Conceptionis MARIE Virginis*, præbens licentiam admittendi juramenta & vota, &c. Impress. in charta expansa Cæsaraugustæ 1619.

PETRUS Gonzalez de Mendoza, Societatis Jesu Hispanus, pro titulo *Immaculatae Conceptionis* tuendo Informationem brevem quidem & Hispanicè manuscripam elaboravit.

PETRUS Gonzalez, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Certamen Poëticum & perorationem pro *festivitate Immaculatae Conceptionis Beatæ Virginis MARIE*. Impress. cum alijs Granatæ 1651. in 4. à folio 202.

PETRUS Gregorius Tolosanus Jurisconsultus, tomo 3. Commentariorum Artis mirabilis capite 26. numero 14. 15 & 16. à folio 252. latè agit de *Immaculata Virginis MARIE Conceptione*. Vide ibi, sicut etiam cap. 42. fol. 527. Lib. impr. Lugduni 1587. in 12. regali.

Item, de celebratione festi *Conceptionis*, atque de indigentissimis ejusdem festivitatis nec non quòd *Virg. MARIA* fuit concepta absque peccato originali Scholium in libro Partitionum Juris Canonici seu Pontificij, lib. 1. titulo 19. cap. 2. de Ferijs & festis diebus folio 126. Impress. in officina Plantiniana 1595. in 4. & Lugduni in tribus tom. 1593. in fol.

PETRUS Guerrero Hispanus, & Archiepiscopus Granatenfis, inter festivitates observandas enumerat *festivitatem Conceptionis Domine nostræ, ac Virginis MARIE*. Vide verb. Granatenfis Ecclesiæ.

PETRUS Gundifalvus Mansus, Episcopus Placentinus, approbavit Brèviarium ejusdem Ecclesiæ, in quo extat *Officium in festo gloriose Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. Hispali anno 1521. in 4.

PETRUS Hamerus, Societatis Jesu Germanus, in indice libri quadraginta Concionum Adventualium: *Quòd MARIA sanctitate & gratia à primo instanti Conceptionis transcendit omnes Angelos*. Impress. Antuerpiæ 1648. in 4.

PETRUS de las Heras Llanos Hispanus, in Relatione: *Al muy esclarecido y serenissimo Señor D. Fernando de Austria Cardenal infante de España, &c.* A. D. Antonio Hurtado de Mendoza, &c. quæ incipit: *Tan incapaz del bien, agit de purissima ac Immaculata Conceptione Virginis MARIE, &c.* Impress. in 4. absque anno & loco impressionis.

PETRUS de Herrera, Doctor Hispanus, in libro: *Descripcion de la Capilla de nuestra Señora del Sagrario de Toledo, &c.* sparim per totum librum agit de *Immaculata Virginis Dei Matris Conceptione* tam in enarratione folio 74. & 86. quàm in Sermonibus ac certamine. Lib. impress. Matriti 1617. in 4.

PETRUS Hernandez, Presbyter Hispanus, in Tractatu de festivitat. *Sacratissimæ Virginis MARIE, &c.* lib. 2. cap. 1. sub hoc titulo: *De la Santissima y limpißima Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA*, agit latè à folio 45. usque 64. Lib. impress. Matriti 1618. in 12.

PETRUS Hispanus, qui floruit circa ann. Domini 1453. scripsit *Tractatum de Immaculata Conceptione Virginis MARIE*. Hippol. Marra. in Catal. & in Biblioth. fol. 253. Serran. lib. 2. cap. 28. num. 17. Leon class. 6. & 9. Cartag. lib. 1. Homilia 19. Guerrero fol. 2. refert verba.

PETRUS Hontoyus Namurensis, Ordinis Minorum, edidit in Belgio Sermones *pro festo Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, ut asserit Hippol. Marrac. in Catal. ad ann. 1604. & in Biblioth. fol. 253. Wadding. de Auctore plura, folio 284.

PETRUS Hurtadus de Mendoza Valmasedianus, Societatis Jesu Hispanus, primarius Theologiæ Professor in suo Collegio Salmanticensi, in volumine 2. de Scholasticis ac Moralibus Disputationibus de tribus Virtutibus Theologicis disp. 137. de Scandalo, sect. 1. §. 37. folio 1498. *Quòd præcautio Virginis à peccato originali fuit redemptio multò nobilior, quàm nostra, quæ depulsum fuit peccatum originale jam contractum, &c.* Lib. impress. Salmanticæ 1631. in folio.

Item, in Disputationibus de Deo homine, sive de Incarnatione Filii Dei, disput. 13. sect. 5. in Appendice agit de loco *MARIE in prædestinatione & immunitate à peccato originali* latè à folio 143. Lib. impress. Antuerpiæ 1634. in folio.

Item, in manuscriptorum Operibus agit de fundatione Conventus Capuccinorum de Urbe à Summo Pontifice Urbano VIII. fabricato sub titulo *Immaculatae Conceptionis sacratissimæ Virginis*, ut refert Joan. Euseb. Nieremb. lib. Excep. cap. 13. fol. 431.

PETRUS de Jesu MARIA de la Serna, Ordinis Beatæ MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, quondam Provincialis Provincie Conceptionis

ceptionis Hispanus, multis in locis, scilicet in libro de Virginitate Sanctissimæ mancipiis prolog. 2. & in lib. Fontis viventis aquæ non femel; & tãdem ex professo in Commentariis in Apocalypsim cap. 12. agit de Immaculata Virginitate Conceptione, ut refert Silvester de Saavedra in lib. de Deipara disp. 16. sect. 14. num. 658. folio 350. de quo dicit fuisse primum, qui publicè propugnavit verum futurum Martyrem, qui pro tuenda Conceptione purissima sanguinem funderet.

Item, de Conceptione Virg. *MARIÆ* Poëma unum, atque de eadem Immaculata Virginitate Conceptione Poëma alterum, id est, Ave *MARIÆ* glossata pro ejus immunitate à peccato originali, à folio 322. Impress. Hispali 1624. in 4.

Item, in libro dicto: Sufficiens Concionatorum, quæ ex omnibus coalescit Theologiæ veritatibus, &c. Tract. 5. Conclusionem 22. fol. 338. asserit *Quod Virgo MARIÆ fuit excepta à regula generali, id est, præservata à peccato originali, &c.* Lib. impress. Lugduni 1637. in 8.

PETRUS Ignatius vanden Bichebaer, Societatis Jesu Belga, in Thefibus de Peccatis, habitis Lovanii die 24. & 25. Novemb. 1654. defendit *Virginitatem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec habuisse debitum illud contrahendi, &c.* Impress. ibidem in 4. Idem defendit die 20. Julii anno 1655.

PETRUS à S. Josepho, Ordinis Cisterciensis, libro 2. de Peccatis cap. 7. resoluit. 4. dicit *Beatissimam Virginitatem Dei Genitricem à peccato originali fuisse præservatam, quod fusè & acutè probat.* Sic Joannes à S. M. in supplicii libello, folio 322. Fortè hic est subsequens.

PETRUS à S. Josepho Aucensis, è Congregatione Fulienf, in libro seu tractatu Theologico de Gratia divina tam actuali, quam habituali, disput. 4. sect. 6. num. 48. folio 188. inquit: Hanc assertionem nonnulli suadere conantur ex Augustino libro 5. contra Julianum cap. 9. quo loco docet, ex eo quòd quis nullum habeat peccatum veniale, colligi eum caruisse originali. Unde sequitur nullum Sanctorum, si Virginitatem excipias, omnino caruisse culpa venialis, quia nullus est præter illam, qui peccato originali infectus non fuerit, &c. Lib. impress. Parisiis 1625. in 8.

Item, in libro: Idea Theologiæ moralis, lib. 2. cap. 7. folio 197. in resolutione 4. *Quòd Beatissima Virgo Dei Genitrix à peccato originali fuit præservata, probat latè usque ad fol. 205.* Impr. Parisiis 1645. & alibi sæpè in 12.

PETRUS de S. Josepho, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro Gloriarum *MARIÆ* Sanctissimæ, &c. folio 1. de purissima Conceptione Virginitate Sanctissimæ Sermonem unum usque ad folium 21. Item, de eadem purissima Conceptione Sermonem alterum, usque ad folium 40. Impress. Osæ 1644. in 4. & Compluti 1651.

PETRUS Joffet, Societatis Jesu Gallus, in lib. cujus titulus est: Annales Ecclesiastici Poëticis numeris alligati à Christo nato ad nos usque traducti, loquens de Beata Virgine fol. 5. inquit:

*Illam Davidicæ geniti de stirpe parentes
Securi scelerum sine crimine originis edunt
Insontem hanc æther primæ à labe redemit.*

Impress. Pictavii 1638. in 4.

PETRUS Justinellus Brixianus, Societatis Jesu Italus, in libro cujus titulus est Italicè: Angelica guida alla devotione della gloriosa V. *MARIA*

Quòd Beata Virgo MARIÆ fuit in Conceptione unata omni gratia, & præservata semper ab omni macula peccati, &c. folio 312. Item, de fide Conceptionis sæpillimæ. Impress. Brixia 1642. in 12.

PETRUS de Larios, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in Sermonem de Beatificatione S. Thomæ à Villa-Nova Archiepiscopi Valentini, ad finem profiteretur *Immaculatam Conceptionem Virginitatis MARIÆ, &c.* Impress. Hispali 1629. in 4.

PETRUS de Leguizamo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, corripit & emendavit Legendarium sive Historiam Sanctorum anno 1578. editam à Magistro Millan, in qua est pulcherrima Historia de Immaculata Virg. *MARIÆ* Conceptione festiva, ut refert Joannes Tamayus de Salazar ad annum 817. folio 239. & 240. Vide verb. Millan Doctor. Dicitur tamen hic Auctor scripsisse Tractatum contra Immaculatam Virginitatem Conceptionem, ut colligo ex quodam manusc. quod est apud nos: sed cum legendam non viderim, hic solum pro notitia adducitur.

PETRUS Letten, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanii die 30. Junii anno 1654. Thesi 22. de Peccati subjecto, hæc defendit: *Beata Virgo concepta est sine peccato originali; verisimiliter ab ejus debito fuit immunis.* Impress. ibidem in 4.

PETRUS Llerena Bracamontis Hispanus, in libro: Paraphrasis Poëtica Latina in Cant. Cant. Salomonis, Threnos Hieremæ, & Canticum Magnificat, folio 20. habet aliqua Carmina, quæ tangunt illibatam B. Virginitatis *MARIÆ* Conceptionem; & sic incipiunt:

*Conceptus arcana tui ferialibus ausi
Illibata, &c.*

Impress. Matriti 1631. in 4.

PETRUS de Logroño Hispanus, in quodam libro Comœdiarum, fol. 133. & folio 143. affirmat *Quòd Virgo MARIÆ fuit concepta absque peccato originali.* Lib. impress. Matriti 1652. in 4.

PETRUS Lombardus, Magister Sententiarum, Patria Novariensis & Episcopus Parisiensis, scripsit de immunitate Beate Virginitatis à peccato, & de matrimonio ejusdem Beate Virginitatis cum Sancto Josepho. Ita Hip. Marrac. in Bibliotheca & in Antist. Marian. fol. 452. Vide Radios Solis Veritatis, ubi latè expenduntur autoritates ipsius.

PETRUS Lopez de Montoya, Doctor Hispanus, in libro: Concordiæ sacrarum editionum folio 219. ad illud Genesis 3. Ipsa conteret caput tuum, disserit quo pacto *Sanctissima Virgo contrivit caput antiqui serpentis, &c.* Impress. Matriti 1596. in 4.

PETRUS de Lorca, Ordinis Cisterciensis Generalis Hispanus, Doctor Theologus & primarius Theologiæ Professor pro Cathedra Scoti, tomo 2. Commentariorum & Disputationum in primam 2. D. Thomæ quæst. 81. de Peccatis, articulo 3. folio 260. colum. 1. *Quòd Ecclesia Spiritu sancto edocta, & Concilium Tridentinum in decreto de peccato originali fecerunt exceptionem Virginitatis MARIÆ, &c.* Lib. impress. Compluti 1609. in folio.

Item, existimat & tenet pro certo, quòd prius Deus voluit efficaciter *MARIAM*, quam vellet præservare ab originali, & quam vellet conferre cætera dona, quæ contulit illi, &c. in 3. p. D. Thomæ quæst. 2. artic. 11. disp. 22. num. 25. fol. 171. Ex ad finem ejusdem libri adducit Bullas Summorum Pontificum

cum Pii V. & Gregorii XIII. contra Michaëlem Baium, ubi continetur illa propositio num. 73. Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum Justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis, &c. Vide ibi fol. 369. Item, in hoc tomo fol. 260. citat se ad 3. part. quæst. 27. ubi de Conceptione Virginis *MARIÆ* se disputaturum ait; sed tertia ejus pars typis mandata solum pervenit ad quæst. 25. Impress. Compluti 1616. in folio.

PETRUS Loverel antiquus, in libello: *Corona Virginis*, qui totus est de Beata Virgine *MARIA*, & incipit: *De beatissima paradisi Regina prælecta Parisi privilegio singulari, &c. feria 4. quæ incipit: In cælesti throno resides Regina fulgentissima*, inquit: *Pulebra, quia nec maculam aut rugam habuisti*, nec carnis aut spiritus aliquod inquinamentum: *sed tota tanquam abyssus purissima, tota splendida, tota candida, tota rutilans, tota mundissima, à cuius corde & corpore longe fuit omnis peccati macula.* Et de hoc passim in toto libro, qui extat in Biblioth. Celestiorum Parisiens. manusc. in 8. Ipse etiam Auctor edidit quoddam spirituale alphabetum pro Beata Virgine *MARIA*. Et in prima littera *A. quæ incipit: Ave sancta in utero matris*, habet plura de ejus puritate; & extat cum antecedenti manusc.

PETRUS Louvet Divionensis, Ordinis Prædicatorum, in lib. *Theaurus Apostolicus gratiarum & privilegiorum Confraternitatum Sanctissimi Rosarii Beatissimæ Virginis *MARIÆ**, fol. 58. adducit Bullam Pij V. in qua est indulgentia pro die Conceptionis Virginis *MARIÆ*, &c. Lib. impress. Duaci 1635. in 8.

PETRUS Loyx, Protonotarius Apostolicus & Pastor ad S. Willebrordum, in libro: *Speculum aureum, sive de Pace libri duo, &c. adducit indicem concionatorum pro festo Conceptionis Virginis *Deiparæ**. Lib. impress. Antuerpiæ 1645. in fol.

Item, in Psalmum 118. Beati immaculati in via commentarijs moralibus, &c. adducit indicem concionatorum pro Conceptione Virginis *MARIÆ*. Vide ibi. Lib. impress. Antuerpiæ 1643. in folio.

PETRUS le Loyer, Consiliarius Regis Gallus, in libro Gallicè: *Meditations Theologiques, & recreations spirituelles sur le Cantique de la Vierge *MARIÆ**, part. 1. cap. 3. fol. 41. agit latè de Conceptione Virginis pura & de ejus præservatione à peccato originali præ cæteris filijs *Adæ*, eò quòd in mente divina prælecta fuerit ante sæcula & prædestinata, &c. quòd profecquitur & probat per totum caput fuscè & pulchrè, Item, lib. 2. cap. 2. fol. 180. Quòd quamvis Virgo *MARIA* vestita fuit corpore mortali; taliter fuit, quòd in suo corpore vivificato ab anima fuit aliter, quàm in alijs creaturis: quia ipsa fuit integra, absque macula, pura, tota casta corpore & spiritu, & in ea numquam peccatum habuit habitationem, & fuit concepta in gratia, &c. latè. Et eodem lib. 2. cap. 3. fol. 228. Quòd spiritus Virginis numquam sensit aliquam contagionem peccati originalis sive ante, sive post Conceptionem, &c. latissimè quasi per totum Librum incidenter; ut videre est in indice. Lib. impress. Parisijs 1614. in 4. regali & 1615.

PETRUS Lucio Fajardus, Poëta Hispanus, scripsit pro Immaculata Virginis Conceptione Hieroglyphi-

cum, seu inscriptionem; ut videre est in libro impress. Hispani 1616. in 4. fol. 63.

PETRUS Lucidus à Valta Gallus, in Opusculo super Symbolum, art. 4. ad illud: *Ex *MARIA* Virgine*, inquit:

*MARIA est Virgo illa,
Serena, pulchra, tranquilla;
Quam in matrem elegisti,
Atque semper custodisti
Puram & Immaculatam
Omni labe, &c.*

Et ad marginem habet: *Approbamus *MARIAM* Virginem *Marem* *IESU* fuisse semper præservatam ab omni macula peccati.* Lib. impress. Parisijs 1625. in 4.

PETRUS Luidius, Rector Collegij Veræ Crucis Salmanticensis Hispanus, de purissima Conceptione Immaculatae Virginis *MARIÆ* sermonem. Impress. Salmanticæ 1619. in 4.

PETRUS Lyñan, Poëta Hispanus, edidit Cationem pulchram pro Immaculata Virginis Conceptione; ut videre est in libro & historia Montis Cælij seu Dominæ nostræ de la Salceda, lib. 3. cap. 5. fol. 476. Impress. Granatæ 1616. in fol.

PETRUS Machado, Ordinis Beatæ *MARIÆ* de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, Rector Salmanticensis, in libro dicto: *Annulus Christianus*, sermone Dominicæ secundæ Adventus, fol. 199. ad illud: *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista*, dicit: *Ex isto contextu nullo modo sequitur, quòd Joannes major seu sanctior fuerit sanctissima Virgine *MARIA*; & probat ex eo, quòd dicit: Non surrexit; quòd dici non potest nisi de eo, qui primò cecidit & postea surgit. Unde intelligenda sunt verba ista Salvatoris de illis solum, qui in peccato originali concepti sunt: *Beata autem Virgo non surrexit, quia numquam in peccato originali fuit*, &c. Lib. impress. Moguntia 1608. in 8. regali & Burgis 1604. in fol.*

Item, edidit de puritate *Deiparæ* Virginis *MARIÆ* Tractatum unum. Ita Marrac. in Biblioth. fol. 258.

PETRUS Machado Coronel, Hispanus Doctor ac Judex Hispanensis Dicecesis, fecit informationem juridicam circa rumores, & scandala exorta propter aliquos affirmantes *Dei Matrem *MARIAM* fuisse infectam macula originali*, quæ typis fuit mandata cum alijs 1615. in fol. Vide verb. Ludovicus Alvarez.

PETRUS Maldonatus, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro: *Consolatio justorum*, part. 1. cap. 6. fol. 38. postquam vocaverat Virginem *MARIAM* purissimam columbam, inquit: *Sin duda, que quando pronuncio el dichoso: *Fiatsue tanto por el gozo de verle segura para siempre y tan aprobada del cielo su limpieza*, quanto por verle Madre de Dios, &c.* Impress. Ulyssiponæ 1609. in 4.

PETRUS Manrique, Ordinis Minorum, scripsit pro Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ*, ut refert Ant. Daza, cap. 6. fol. 52.

PETRUS Marchant, Ordinis Minorum Flander, in libro dicto: *Faustus dies illustrans Sponsi *MARIÆ*, Nutritij *Jesu* gratiosam sanctificationem in utero, &c.* An præter duos & Immaculatam in Conceptione Virginem salva fide liceat plures in utero sanctificatos asserere? Quætionem unâ. Item, Processus doctrinæ de Immaculata Conceptione, Caput unum; ubi de Constitutionibus Sixti IV. Pij V. & Gregorij XV. Impress. Gandavi 1631. in 8.

E e e e z

Item,

Item, in lib. de Sanctificatione S. Iosephi contra Claudium Dausquium, folio 25. de sanctificatione B. Virginis & eius Immaculata Conceptione, & fol. 65. de Immaculata Conceptione B. Virginis agit latè. Impress. Brugis 1630. in 16.

Item, tom. 3. Speculi totius hominis Christiani, sive Tribunalis Sacramentalis, tract. 6. titulo 1. quart. 3. fol. 97. *Quod Beata Virgo MARIA ab omni peccato tam originali, quam actuali immunis fuit, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1650. in fol.

Item, in lib. cuius titulus est: Fundamenta duodecim Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci fundamentis duodecim Apostolorum civitatis S. Jerusalem, &c. titul. 12. §. 6. fol. 153. sub hoc titulo: *Ioannis Duns-Scoti ex Ordine Minorum Doctoris Subtilis pro Immaculata Conceptione concertatio publica & victoria, &c.* Lib. impress. Antuerpiæ 1657. in fol.

PETRUS Marchesse, Clericus Regularis Melfanensis Italus, de Conceptione Sanctissima Virginis MARIE Panegyricum unum, in libro dicto: Sacri Panegyrici, part. 2. pag. 7. Paneg. 57. Impress. Melfanae 1653. in 4.

PETRUS de S. MARIA, Ordinis Carmelitarum Hispanus, pro Immaculata Virginis Conceptione Poëma fol. 44. Impress. Hispali 1616. in 4.

PETRUS Marius Baldinatus Eugubinus, in Oratione inscripta: Aurora, natalium Virginis MARIE Encomium, ad finem affirmat *MARIAM nullam primitiva labis amaritudinem contraxisse, &c.* Lib. impress. Perusæ 1641. in 12.

PETRUS Mariz, Hispanus in Historia seu dialogo folio 229. & folio 303. agit de *Ecclesia Vlysi-pontensi Conceptionis Virginis MARIE.* Lib. impress. Conimbriæ 1498. in 4.

PETRUS Martyr de Angleria Mediolanensis, Protonotarius Apostolicus, in lib. 28. Epistolarum folio 124. Epistola 545. ad Ludovicum Furtatum de Mendoza loquens de Leone X. & Actis in Concilio Lateranensi, inquit: Proxima Sessione sancitum est (& meo iudicio sanctissime) ne veterata inter Franciscanos & Dominicanos Fratres de *Conceptu Virginis* dissensio ultra vagetur; & æternum est utrique impositum silentium: *piè id credere non esse impium, iudicatum est.* Lib. impress. Compluti anno 1530. in folio.

Item, Epistolas duas integras pro *Immaculata Virginis Conceptione* & Actis Bernen. ipsas vide ad litteram in Joanne Jetzer.

PETRUS Martyr, Balneoregionensis Ordinis Prædicatorum, in Opusculo de Columba cœlesti in quo Beata MARIE Virginis præconia sub columbæ symbolo affabre affatimque promuntur, inter alia plura quæ puritatem Virginis MARIE & ejus innocentiam indicant & declarant, libro 4. folio 27. inquit: En Virgo MARIA vera promissionis terra, *prædestinatione alta, securitate montana, charitate ferax, spe fertilis, misericordiâ ampla, agnitione redundans.* Inter ejus naturæ facultates, intraque animam divinus amor ita virtutibus mellificabatur, *ut nullum in ea organum, nullaque pars quidem esset, quæ absolutissimarum actionum fons non videretur, &c.* Et folio 19. loquens de eadem Virgine inquit: *Prælestissimam fuit ad magna momenta decernenda ultero vocata. Plus in fortitudine adolevit, cum universis viatoribus fortior extiterit, mortem diabolum, peccatum vincens, &c.* Lib. impress. Maceratae 1635. in 4. Si MARIA fortior ex-

titit peccato indefinitè; igitur & originali: non enim vinceret ex omni parte peccatum, si hoc contraxerit. Ex alijs hujus Auctoris verbis similes consequentiæ pro immunitate Virginis deduci possunt.

Item, in libro: Lucubrationum exegeticarum in Rosarium Beatae MARIE, &c. lib. 4. cap. 1. sect. 4. fol. 121. inquit:

*Rosa decens, Rosa munda,
Rosa recens sine spina.*

Et tomo 2. hebdomada 30. folio 99. inquit: *Magis ergo Sol justitiæ Christus ex ventre virginali mundissimo sibi corpore accepto, non modo intemeratus remansit, sed potius impeccabilis evasit, & eius Genetricem MARIAM sanctissimam & Immaculatissimam ipse fecit, & optimam planè, &c.* Lib. impress. Maceratae 1634.

Item, in libro Italico: La quercia della Vergine, Academia sacra sparsim vocat *Disparum candidam columbam, rectam in justitia*, folio 36. & 56. Lib. impress. Tiburi 1647. in 8. Hoc tam dubio milite nostra Militia non eget; sed adducitur, ut cognoscatur non omnes Patres Dominicanos sustinuisse opinionem contrariam.

PETRUS Massariius, Sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotarius, Neapolitanus Italus, de *Beata MARIA concepta sine labe* Epigramma in libro R. P. Lucae à Monte forte de Septem columnis. Neapoli 1653. in folio.

PETRUS Matthey, Ordinis Carmelitarum natione Gallus, edidit *Sermones de festo Immaculate Conceptionis Virginis.* Parisijs 1620. de quo Hipp. Marrac. in Catal. Marian. & in Biblioth. fol. 261.

PETRUS Maturus, Societatis Jesu Presbyter, in Annotationibus ad Sanctum Antoninum Ordinis Prædicatorum & Archiepiscopum Florentinum, 3. parte titulo 14. §. 3. fol. 797. loquendo de Sancta Birgitta ait: Ipse Sanctus Antoninus dicit quod hæc composuit libros Revelationum multos de diversis mysterijs sibi revelatis: ipsa revelationem (ut asserit) habuit *Virginem MARIAM conceptam sine originali peccato.* Et Beata Catharina de Senis, non (ut creditur) minoris sanctitatis, licet non canonizata, habuit revelationem in contrarium; & cum Spiritus Prophetarum non sit contrarius, quia unus & idem est, nec sibi contrarius; dicere oportet, quod una earum habuit revelationem à Deo propheticam, altera verò somnium in phantasia secundum affectum suum, &c. Ad hæc notat Maturus sequentia: *Pere præconceptione Virginis gloriose standum est, ut in omnibus alijs, decreto Concilij Tridentini sess. 5. quod in hæc verba habetur: Declarat tamen, &c.* Extat Lib. impress. Lugduni 1587. in folio.

PETRUS Mauritius (alias Petrus Venerabilis) S. Bernardi coartaneus, in Prosa 2. de Matre Domini, inquit: Tu serpentem evicisti, cuius caput contrivisti, &c. Aurora solis prævia, & dies nihil neficia, &c. Vide Joan. Euseb. Niremb. lib. Excep. cap. 26. folio 454.

PETRUS de Medina, Hispalensis Ordinis B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, lib. 1. de Cruce cap. 32. agit de *Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Sylvester de Saavedra lib. de Deipara disp. 16. sect. 14. num. 958.

Item, in libro de veritate, seu: Dialogo Veritatis cum homine, &c. dialogo 73. fol. 102. vocat *Virginem MARIAM plenam gratiâ omnibus mediis, an-*

rebus sanctam, quam natam, &c. Lib. impress. Conchæ 1592. in folio.

PETRUS Mercado, Societatis Jesu Hispanus, in libro: Palabras de la Virgen N.S. sacadas del sacro Evangelio, Palabra 5. s. 1. inquit: No perdio MARIA al niño Dios por su culpa, que ni aun la original se atrevio à mancharla, &c. Lib. impress. Matriti 1661. in 16.

Item, in libello dicto: Diario sagrado: Medios para tener buenas pasquas buenos dias y buenas noches, medio 3. in Orationibus iaculatoriis Quod MARIA fuit absque macula. Lib. impress. Matriti.

PETRUS de Mexia, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Lector Jubilatus, Provincialis & Regius Concionator, accepit juramentum quod ipso suadente fecit Confraternitas Mancipiorum SS. Christi del Amparo Matriten. Pro defensione Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Vide verb. Mancipiorum Confraternitas.

PETRUS Michael Carbonellus Hispanus, Ferdinandi secundi Aragonum Regis Archivarius, typis mandavit Speculum morale totius sacrae Scripturae Joannis Vitalis Ordinis Minorum & S. R. E. Cardinalis, ubi in Prologo affirmat, quod praedictus Vitalis scripserat de Conceptione immaculatae Virginis MARIE Dei Matris humillimae Librum unum. Item, verb. MARIA folio 13. à tergo colum. 3. cum Vitalis dixisset verba illa: Totum enim genus humanum fuerat in parte diaboli: lana autem sumpta de ove, quae crepta est de ore lupi, de facili vermibus scateat, ideo ovis fuit in utero sanctificata, & mundante gratia mundata, ut ejus vellere fieret Christo munda tunica, &c. ad haec verba Vitalis apposuit Carbonellus hanc notam marginalem pro immunitate Virginis MARIE: Melius certe ad propositum, quod haec lana ab ore lupi fuit crepta antequam eam mordidisset. Haec Carbonellus, cujus laudis religiosum affectum erga Virginis Conceptionem; sed verba Vitalis nihil habent contra immunitatem Virginis, ut suo loco dixi. Liber extat impress. 1513.

PETRUS Michaelis, Societatis Jesu Theologus, in libro: Serta honoris & exultationis ad Catholicorum devotionem ornandam & exhibendam; oratione 124. ad Deiparam sic inquit: Ad te Virginem quidem, eamque sanctissimam, & absque omni peccati labe conceptam & educatam, &c. Item, oratione 132. pro quolibet festo N. Virginis, sic dicit post plura: Atque in primis quod eam (quale beneficium nulli mortali contigit) à peccato originali preservatam, ut tota pulchra & sine macula Mater, te segregatam à peccatoribus abs suspitione peccati omnis conciperet, &c. Impress. Coloniae 1590. in 16.

PETRUS Migliodottius, Monachus Vallis-Umbrosae Italus, in libro: Psalterio d. vero Cantioni sacrae in honore della Madre Vergine, &c. & sunt 150. Cantiones in honorem Dei Matris MARIE, ubi varias, & particulares ejus excellentias ac laudes decantat Auctor, multa invenies de Virginis puritate ac innocentia, praecipue Cantione 99. folio 302. ubi inquit:

Dira in ventre di tua Madre

Da ogni colpa fuisse esente. &c.

Et in alia Cantione 122. sub hoc titulo: Ove l'anima canta MARIA felice perche dicte s'festa à Dio nel principio de sua etade, vivendo im-

maculata da ogni colpa, ancor minima &c. Alia vide ibi. Lib. impress. 1651. in 12. regali.

PETRUS Milhard, Ordinis S. Benedicti & Prior Conventus S. Dodæ, in tom. 2. dicto: L'appareil pour le triomphe du Paradis, colloquio 36. folio 308.: Quod Virgo MARIA fuit concepta, transivitque eursum suae sanctae vitae absque aliqua spina peccati originalis vel actualis, cum omnes progenitores post Adam usque ad S. Joachimum fuissent spinati à peccato originali, &c. Et profequitur late dicendo, quod fuit ex manu Dei Patris fabricata, & incorruptibilis ab omni peccato. Lib. impress. Tolosæ 1624. in 4.

PETRUS de Mirabal, seu de Victoria, natione Hispanus & Episcopus Neapolitanus edidit pro defensione Ecclesiae & Immaculatae Conceptionis Apologiam insignem, ut refert amicus noster P. Hippolytus Marraccius in Catalogo ad annum 1617. & in Bibliotheca fol. 262. affirmatque ipsam vidisse manuse. & impress. Neapoli anno 1617. in 4. de qua etiam mentionem facit Franciscus Pistoia fol. 153. An autem sit distincta ab illa quam ego habeo, & incipit: Por lo mucho que ha de falo V. Ecclesiæ ver reducidos los Padres Dominicanos al comun sentir de los Doctores, &c. penitus ignoro: hoc verò unum scio hanc fuisse scriptam Romæ, ubi late agit de scandalis in hac materia in Christianitate exortis, & habere fol. 13. manusc. in folio, & esse subscriptam à Doctore Petro de Miraval y Ayllon.

Item, in solemnissima festiuitate Immaculatae Conceptionis Virginis sanctissima Dominae nostrae à D. D. Petro Giron Duce de Ossuna & Vice-Rege Neapolitano celebrata in Domo professa Societatis Jesu praedictae Civitatis Neapolitan. ann. 1617. Sermonem. Impress. Neapoli eodem ann. in 4.

PETRUS Mon, Ordinis Minorum Hispanus, in Theibus habitis Caesaraugusta in Collegio Sancti Didaci publice defendit Beatam Virginem MARIAM fuisse preservatam in primo instanti sine Conceptionis à peccato originali, exceptamq; ab illa regula generali Adami, & immunem etiam à debito illud contrahendi, &c. Impress. Caesaraugusta anno 1666. in charta expansa.

PETRUS Monsalve Granatenfis, Poeta Hispanus, ad Immaculatam Conceptionem Virginis sanctissima Dominae nostrae concepta absq; peccato originali Cantiones sexaginta tres in honorem ejus purissimae vitae. Lib. impress. Hispali 1616. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

PETRUS Montanus, Ordinis Minorum Guardianus Antuerpiensis, in libro: Septem Psalmorum (quos vulgo Pœnitentiales vocant) solida, erudita & pia elucidatio; ad verba illa: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, fol. 139. à tergo, sic inquit: Omnis enim non solum in mundo, sed etiam in matre natus trahit & penam & meritum poenae, excepto uno, qui de Spiritu sancto conceptus est, excepta q; speciali preservatione, quae Deo non impossibilis, quia creditur Matrem dignatus, ex Spiritu sancto natus, &c. Antuerpiae 1569. in 12.

PETRUS Montius, Doctor antiquus Hispanus, in illo celebri libro de Unius Legis unitate & Sectarum falsitate, libro 1. à cap. 32. inclusivè habet Tractatum sive magnum Opusculum de Conceptione Virginis MARIE, cujus Prologus incipit: In altero Volumine nonnullas partes de Conceptione Virginis Dominae nostrae scripsimus, &c. Et agit in eo de immunitate

munitate Virginis *MARIÆ* à prædicto cap. 32. usq; 89. inclusivè. Lib. impress. Mediolani anno 1522. in folio.

P E T R U S du Mont, Doctor in utroque Jure, Episcopus de Presse, Legatus à latere & Nuntius Apostolicus in Regno Galliarum, dedit Bullam ut Provincialis August. Franciarum, & Prior ac alij Religiosi possent audire confessiones fidelium, & eos ab omni absolvere censura in *sancto die Conceptionis gloriose Virginis*, &c. Dat. anno 1444. indictione 7. die 2. Junij, Pontificatus nostri S. Patris Eugenij IV. ann. 14. Extat originalis in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien. prope Pontem novum; & eam adducit Anonymus Augustinianus in Recollectione privilegiorum ejusdem Confraternitatis fol. 11. Impress. Parisijs 1632. in 16.

P E T R U S du Mont-martre, Ordinis Cluniacensis Doctor Theologus, expurgavit à mendis & sumopere laboravit in impressione libri R. P. Jordani Quedelimbürg Augustiniani communiter dicti Dan, in quo sunt tres Sermones de *Conceptione Virginis MARIÆ*, scilicet decimus, undecimus & duodecimus. Et in marginibus additis prædicto lib. tenet prædictus Doctor, quod *Virgo MARIA non fuit concepta in peccato originali, nobilissimo modo redempta, præservata à Christo Domino*, &c. ut videre est in lib. impress. Parisijs 1521. in 4. Idem dicit in 4. sermone de Annuntiatione folio 101. à tergo in marg.

Item, edidit Libellum de *Conceptione Beatae Virginis MARIÆ* dicatum serenissimæ illustriissimæque Elisabethæ Hispaniarum Reginae bene meritæ. Lib. impress. absque anno & loco impressionis in 4. Extat inclusus etiam in libro de Agnoscendis hominibus. Lib. impr. Mediolani anno 1522. in fol. cujus traductor fuit G. Alora Cordubensis.

P E T R U S Moraga vel Amoraga, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Primera parte de la 2. parte de la instruction del peccador, en que se explica la Oracion del Padre nuestro, &c. Discursu 10. ad illa verba: Dimitte nobis debita nostra, &c. folio 197. à tergo facit peccator hanc interrogationem: Y si la Virgen nuestra Señora dixera esta oracion quando estaba acá en el mundo, quando llegase à decir estas palabras: Perdonanos nuestras deudas que pidiera en ellas; pues no buyo en ella rastro ni imaginacion de pecado actual, ni venial? Et responderet Doctor: En tal caso entenderia esta peticion en persona de la Iglesia, en la qual siempre ay deudores de culpass; y en este sentido orò tambien su hijo unico Christo nuestro Señor que segun sabemos que no hizo pecado, ni se hallo engaño en su boca, &c. Lib. impress. Toleti 1616. in 4.

P E T R U S Morales, Societatis Jesu Hispanus, de Sanctissimis Deiparæ parentibus, & de Revelatione Conceptionis ejus & nominis *MARIÆ* eisdem facta Tractatum unum in libro super Matthæum. Impress. Lugduni 1614. in folio.

P E T R U S de Moya, Abbas Complutensis Regalis, in Constitutionibus Synodalibus de Alcalá la Real titulo 4. de Ferijs, Constitutione 1. folio 41. ad diem 8. Decembris: *Festum Immaculate Conceptionis Dominae nostræ & Virginis MARIÆ*. Impress. Grænatæ 1626. in folio.

P E T R U S Muranus Italus, Ordinis S. Augustini, scripsit Librum linguâ Italicâ de Adventu Filij Dei, &c. (quem postea ipsemet latinitati donavit, ac tandem P. de Calanges Champenois transtulit in linguam Gallicam) ferm. 7. ad illa

verba: Verbum caro factum est, &c. à folio 193. ponit plura de *Immaculata Conceptione usque 238*. Lib. impress. Parisijs 1613. in 8.

P E T R U S de Natalibus, Episcopus Equilinus, in Catalogo Sanctorum impress. Lugduni 1542. in folio, cap. 42. fol. 5. hæc habet de Conceptione *Beatæ MARIÆ Virginis: Conceptio Sanctæ Dei Genitricis MARIÆ non quidem ex generali Ecclesiæ institutione, sed ex speciali quorundam devotione, in plerisque Ecclesiis celebratur. Hujus autem celebrationis festi principium fuit Beatus Anselmus Prior Monasterij Becen. postmodum Cantuariensis Archiepiscopus propter miraculum, quod eidem apparuit, quod tale fuit: Dum enim ipse dicti Monasterij Prior pro quibusdam urgentibus ad partes Britanniarum navigasset, dispositusque agenda repatriaret, contigit tempestate nimia exorta & intumescente procella navem periclitari; & dum cuncti in discrimine nimis periclitati, omnique spe humana deserti, divinum adiutorium & *Beatæ Virginis* flagitarent, postillam autem Prior Anselmus, qui *Beatæ Dei Genitricis* fuerat singularis devotus, subito conspiciunt quendam mirabili claritate fulgentem, pontificali habitu decoratum super undas maris verius navem ambulantem venire; qui proximus navi Anselmum vocat, eumque alloquitur, ut si periculum maris evadere cupit, & in patriam salvas redire, eidem promittat coram Deo, quod *filium Conceptionis Mariæ Christi annis singulis solemniter celebraret*, & celebrandum quibuscumque poterit suaderet. Et cum ille de die festo & officio fieri interrogasset, respondit, quod sexto Idus Decembris festum illud celebrandum erat, quo *die Beata Virgo concepta fuerat*, & quod idem officium, quo utitur Ecclesia in ejus Nativitate, in hoc festo dicendum erat, mutato solum nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Et cum Prior de nomine Nuntij interrogasset, respondit se esse Nicolaum Episcopum à *Beata Dei Genitrice* pro tali revelatione & eorum liberatione transmissum. Mox Anselmus iussa promisit, & voto interposito confirmavit, statimque sedata tempestate & flante vento prospero ad propria redierunt. Et sic ab eodem Anselmo prius in Monasterio suo, & deinde in Ecclesia Cantuariensi (cui præfuit) dictum celebrari cœpit. Deinde in pluribus Ecclesiis hujusmodi consuetudo inolevit, ut *festum Conceptionis Beate Virginis* sexto Idus Decembris in Calendariis adscribatur, & solemnibus officio recollatur; historia verò Conceptionis *Beatæ Mariæ* in festo ejusdem Nativitatis scribetur.*

In libro verò sic inscripto: Catalogus Sanctorum, & gestorum eorum ex diversis voluminibus collectus, editus à Reverendissimo in Christo Patre D. Petro de Natalibus de Venetijs Dei gratia Episcopo Equilino, multis novis additionibus decoratus, &c. ad finem libri sic habet: Catalogus Sanctorum nuperrimè per Venerabilem P. Fratrem Albertum Castellani Ordinis Prædicatorum diligentissimè recognitus, & ab infinitis pœnè mendis & defectibus purgatus & emendatus cum additione multarum legendarum Sanctorum, quæ prioribus impressuris deerant, per Nicolaum de Flankfordia solertissimè impressus explicit Kal. Decembris, anno Domini 1516. in 4. Fol. 12. à tergo sic inquit: *De Conceptione Beate MARIÆ Virginis, Caput 42. Conceptio Sanctæ Dei Genitricis*

virtutis *MARIÆ*, non quidem ex generali Ecclesiæ
 constitutione, sed speciali quorundam devotio-
 ne in plerisque Ecclesiis celebratur. *Quamvis ergo*
Beata Virgo fuerit in utero matris etiam ab ipsa anime
in ipsa sanctificata; fuit tamen in peccato origina-
 li concepta: quod tribus rationibus comproba-
 tur. Primò, quia si fuisset sine peccato originali
 concepta; sequeretur quòd non fuisset filia Joa-
 achim, sed solum Anna; & sic quodammodo quan-
 tum ad humanitatem esset æqualis Christo, quod
 est absurdum & erroneum. Consequentia proba-
 tur: quia non potest esse permixtio seminum viri
 & mulieris sine pruritu libidinis & delectationis;
 constat autem, quòd talis pruritus & delectatio
 habet annexum peccatum originale, ut probat
 Augustinus in libro de Peccato originali: & ideo
 Conceptio Christi fuit absque tali peccato, quia
 ibi non fuit permixtio alicujus seminis virilis, &
 per consequens nec pruritus libidinis. Secundò,
 quia si fuisset sine tali peccato concepta, seque-
 retur quòd non fuisset Christi sanguine per ejus
 Passionem redempta; quod est falsum, & pessimè
 dictum. Et probatur consequentia: quia Christi
 Passio fuit ordinata ad peccatum omne delenda-
 dum, sive originale per baptismum, sive actuale
 per poenitentiam; sed cum in Beata Virgine nul-
 lum fuisset peccatum actuale abolendum, si sine
 peccato originali concepta fuisset, Christi Passio
 nihil delendum in ea reperisset, & sic per Christi
 Passionem non fuisset redempta. Tertiò, quia ex
 hoc sequeretur, quòd, si Beata Virgo ante Chri-
 stum decessisset (quod fuit possibile) ipsa im-
 mediatè paradysum ingressa esset; sed hoc est fal-
 sum, ut patet Joan. 3. Nemo ascendit in cælum
 (scilicet ante Christum) nisi qui descendit de cæ-
 lo, &c. Consequentia probatur: quòd sola origi-
 nali culpa aditus Regni cælorum præcludebatur
 decedentibus sine peccato actuali. Verùm ad
 rationes quæ in contrarium à pluribus allegan-
 tur, sic respondetur, & primò: ubi dicitur quòd
 Christus non venit solvere legem, sed adimplere.
 Cùm igitur ipse in lege mandaverit: Honora pa-
 trem tuum & matrem tuam, &c. credendum est
 ipsum etiam Matrem suam in hoc potissimum
 honorasse. Respondetur, quòd honoravit eam in
 quantum fuit conveniens; non tamen tantum
 quòd ipse ex hoc exhonoraret seipsum. Nam di-
 cere quòd Virgo *MARIA* esset æqualis in gratiâ
 humanitati Christi, esset ignominia ipsi Christo.
 Secundò, cùm dicitur à talibus, quòd Augu-
 stinus dicit: Cùm de peccatis agitur, nullam
 volo de Beata Virgine fieri mentionem, in-
 telligendum est de peccato actuali, etiam venia-
 li, à quo omnino inimicus fuit. Tertiò, cùm op-
 ponitur quòd Ecclesia Dei permittit fieri solem-
 nitatem de ejus Conceptione, quòd idem est ac si
 juberet, & etiam in Curia Romana fit tale festum
 per Papam & Cardinales; quòd licet illud festum
 fortiat nomen Conceptionis, est potius festum
 de ejus in utero sanctificatione; sed quia tempus
 sanctificationis est ignotum, sub nomine & voca-
 bulo Conceptionis agitur festum de tali sanctifica-
 tione. Hujus autem celebrationis festi, &c. ut su-
 pra. Unde videtur, quòd Albertus Castellanus ad-
 didit omnia, quæ hic habentur contra Immacula-
 tam Virginis Conceptionem; nam Petrus de Na-
 talibus nihil dixit. Et comprobatur: nam quam-
 vis hic Auctor sit antiquus & communis, à nullo

sui Ord. Scriptore citatur pro eorum sententia.

P E T R U S Navarrus, Ordinarius Minorum Hispanus, in libro titulado. *Hispanice. Favores del Rey del cielo hechos à su esposa la Santa Joanna de la Cruz*, latè lib. 3. cap. 14. fol. 675. de *Immaculata ac purissima Conceptione*, &c. Et lib. 4. fol. 715. agit de *purissima ac Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ejus preservatione à peccato originali, & primogenitura redemptionis, &c. Item, eodem libro 4. cap. 9. folio 834. *Quid Virgo Beata in primo instanti suæ Conceptionis vidit divinam essentiam*; quod probat ex aliquibus Doctoribus. Matrivi 1622. in 4.

Item, in Relatione Capituli Generalis Ordinis Minorum anno 1606. folio 29. facit mentionem de *Monasterio Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impress. Toleti 1606. in 4.

P E T R U S Nolasus, Fundator inclytus Ordinis Beate *MARIÆ* de Mercede ac Sanctus, Hispanus, Revelationem accepit ac mandatum, ut habitus suorum filiorum esset totus albus absque mixtura alterius cujuscumq; coloris, ad designandam *V. B. nunquam maculatam puritatem*. Ita R. P. Fr. Petrus à S. Cæcilia in Tractatu de Sancto Raymundo Nonnato cap. 9. fol. 55. Vide supra ejus verba.

P E T R U S Nomban, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis natione Anglus, Patriarcha Constantinopolitanus elaboravit de *Conceptione Virg. MARIÆ* egregium Tractatum. Ex Marræ in Catal. Immacul. ad annum 1227. & in Bibliotheca folio 267. & in Antist. Marian. folio 443. Pistoia folio 163. numero 8. ubi affirmat etiam fundasse Sacellum de *Conceptione Virginis*.

P E T R U S Nuñez de Castro, Ordinis Minorum Hispanus; in libro dicto: *Discursus prædicabiles pro Dominicis Adventus*, &c. de *Immaculata Conceptione Virginis sanctissimæ* Discursum unum, à folio 131. usq; 134. Lib. impress. Vallisoleti 1643. in 4. Et in principio ipsius libri habet imaginem Immaculatae Conceptionis cum his verbis: *Tota pulchra es amica mea*, &c.

Item, in libro dicto: *Sanctorum Seraphico, de excellentiis purissimæ ac Immaculatae Conceptionis Virginis Domine nostræ* Discursus quatuor à folio 74. usque 144. Lib. impress. Rivifici 1618. in folio.

P E T R U S de Ojeda, Societatis Jesu Hispanus, Theologiæ Professor, scripsit Librum pro *Conceptione Virginis* sub hoc titulo: *Información. Ecclesiastica en defensa de la limpia Conception de la Madre de Dios*. Impress. Conchæ 1616. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis, & incipit: *Aunque por textos*, & Hispali 1616. cum alijs Tractatibus de eadem materia Conceptionis.

Item, scripsit Sermonem de *Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Hispali 1615. in 4. secundum Leonem classe 7.

P E T R U S Olivier Cabanes, Doctor Theologus Ordinis B. *MARIÆ* de Monte Carmelo Galus; in libro dicto: *Les gages amoureux de N. Dame du Mont-Carmel* cap. 3. fol. 35. agit de *Immaculata Virginis Matris Conceptione* figurata in nubecula parva Eliæ; & alibi in eodem libro de *Indulgentiis concessis Confratribus Scapularij pro die Conceptionis*. Impress. Tolosæ 1645. in 12.

P E T R U S de Oña, Ordinis Beate *MARIÆ* de Mercede Hispanus, & Episcopus Gaëtanus, de *purissima & Immaculata Virginis Conceptione atque ejus preservatione à peccato originali* Discursus octo eruditos sanè à folio 342. usque ad 416. in 1. parte Novissi-

Novissi-

- Novissimorum hominis. Impr. Matriti 1603. in fol.
 Item, de preservatione Beatae Virginis à peccato originali. Tractatum, quem extraxit ex ejus Operibus R. Pater Sylvester de Saavedra ejusdem Ordinis. Hispali 1615. in 4.
- P E T R U S** de Oñate Toletanus, Societatis Jesu Hispanus, tomo 2. de Contractibus lucrativis, &c. tract. 8. disp. 25. de sacris Contractibus, sect. 4. num. 110. folio 47. inquit: Ad quintum dicimus, potius hoc pactum commodissimum esse ad explicandam Immaculatam Virginis *MARIE* Conceptionem à peccato originali immunem, quam pleno corde credimus ac confitemur. Quod duobus modis fieri potuit; primò intelligendo in hoc pacto cum cæteris filijs Adami fuisse comprehensam; sed tempore, quo ex pacto contractura erat peccatum, fuisse servatam. Et hic est communis & sufficiens modus: non enim pactum cogit creditorem, ut etiam postquam factum est, & jus jam quaesitum, non remittat debitum, si velit, ante diem solutionis. Secundus modus, cui adhaeremus, & qui hodierna die est jam communis & receptus, est, ut in ipso pacto fuerit exclusa: voluit enim et Deus ut vera *Matri* suae justitiam originalem & gratiam in primo instanti suae Conceptionis largiri independentem à peccato *Adæ*, vel ab aliqua quacumque conditione, sicut largitus est Angelis. Impress. Romæ 1647. in fol.
- P E T R U S** Opmerus, Amstelodamus Batavus, in Opere Chronographico à mundi exordio usque ad annum 1611. libro 4. folio 168. inquit: Itaque ingressus ad eam solus in penetralibus Dei nuntius matutina quasi salutatione usus: Ave (ait) gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Digna sanè salutationis forma Virgine illa, quam Spiritus Sanctus largo omnium virtutum imbri perfuderat; cui Pater caelestis prior hoc nuntio suo semper aderat, & cujus mentem Filius adimpleverat, &c. Lib. impress. Antwerpiae 1611. in folio. Si semper adfuit Pater, ergo nunquam peccatum. Si hic faveat pia opinio, bene est; sin minus, per me licet, abeat.
- P E T R U S** de Ordeo-Monte, Episcopus Parisiensis, jussit Fratrem Joannem de Montefono retractare opinionem à se prolatam in relectione magistrali contra Conceptionem Virginis *MARIE*, ut refert Spondanus ad annum 1387. num. 7. Lib. impr. Lutetiae 1640. Vide nostrum Hodium.
- P E T R U S** Orozco, Ordinis Minorum & Episcopus Temniae, accepit votum seu juramentum factum ab honorato Consilio Regali Messae & Cabañae de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, ut videre est in libro de hac re impress. Matriti 1654. in 4. folio 9.
- P E T R U S** de Otalora, Ordinis S. Augustini Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: En ostentacion del religioso afecto y verdadera devocion que à la Immaculada Concepcion de la Reyna de los Angeles *MARIA* Señora nuestra, tiene la noble Parroquia de S. Nicolas Obispo, y S. Pedro Martir de la real ciudad de Valencia. Impress. ibidem 1633. in 4.
- P E T R U S** Ovetius, Ordinis Praemonstratensis, Canonicus, S. Theologiae Doctor & Professor, in Thesis Theologicis habitis Antwerpiae die 12. Julii anno 1649. Thesis 10. hæc inquit: Omnes ex Adam via generationis ordinariae procedentes (si Desiparam exceperis) peccato ejus inficiuntur & nascuntur filij iræ. Impress. ibidem in 4.
- P E T R U S** Oultremanno Valencensis, Societatis Jesu Belga, in libro dicto: Amor in creaturas effusus, sive: Amor Dei erga homines liberis, patiens, purus seu gratuitus, extensus, intentionatorio. Insulis 1652. in fol. magno.
- P E T R U S** Pachecus, Episcopus Giennensis & Saguntinus, Cardinalis S. R. E. volebat, ut in decreto Concilij adderetur de Conceptione Beatae *MARIE*, licet pie creditur conceptam fuisse sine peccato; & hoc major pars Concilij secuta est, contradicentibus quatuor Dominicis. Postea Cardinalis Sanctae Crucis, qui fuit Legatus, fecit ut hoc non ita poneretur, quia à Legatis non fuerat propositum Concilio, & quia sic contraria pars diceretur impia. Hæc verba ex originalibus Concilij Tridentini retulit Pater Jacobus Granados in Collegio Valentino teste P. Christophoro de Vega Palest. 3. cert. 8. num. 295. folio 88. Item, de ipso dicitur: Fue muy devoto de la Concepcion de la purissima Virgen, y causa de que en el Concilio de Trento se determinase lo que contiene el decreto. Y aviendo estado ausente un Prelado, que no llebava esa opinion, quando volvio dixo: In hoc decreto Concilium Pachecizavit. Ita Gillius Gonzalez in Theatro Ecclesiarum Hispaniae, & Martin. Ximena in Annalibus Giennensibus. fol. 476.
- P E T R U S** de Padilla, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro: Grandezas y excellencias de la Virgen nuestra Señora, Cant. 1. de Excellentis Virginis agit etiam de privilegiata & purissima Conceptione, à fol. 1. usque 18. Lib. impr. Matriti 1587. in 8. cum imagine Immaculatae Conceptionis.
- Item, in Monarchia Christi lingua Hispanica traducta, lib. 4. cap. 4. fol. 149. vocat Virginem *MARIAM purissimam*, &c. Impress. Vallisoleti 1590.
- P E T R U S** Palominus, Poeta Hispanus, edidit Glossam pro Virginis *MARIE* puritate in Conceptione sua. Impress. Baëzæ 1618. in 4.
- P E T R U S** Pamo de Valderrama, Ordinis Sanctissimae Trinitatis Hispanus: Defensa de la precisa necesidad que los hombres tienen de la intercesion de *MARIA*, prueba deducida desta verdad de la su pura y limpia Concepcion, predicada en su Convento à la festividad, que en el celebraron los Cofrades de la Immaculada Concepcion, &c. Impress. seorsim Matriti, anno 1622. in 4.
- P E T R U S** Pantinus Toletanus, Decanus Braxdensis, in Concion. SS. Græcorum Patrum, in Encom. seu Homil. Sancti Germani Archiepiscopi Constantinopolitani, fol. 405. de Miraculosa Conceptione Virginis *MARIE*. Impress. Antwerpiae 1609. in 8.
- P E T R U S** Parzovius Polonus, in libro à se traducto lingua Latinà Magistri Basilij Legionensis Ordinis S. Augustini, de tenenda ac docenda SS. Augustini & Thomæ doctrina, fol. 134. & fol. 146. vocat Conceptionem Immaculatam. Lib. impress. Bracciani 1632. in 8.
- P E T R U S** Paulus Bissarius Vicentinus, fuit Eques torquatus Commend. Immaculatae Conceptionis ut videre est in libro ejus titulus Italicè: Le glorie de gli incogniti, ò vero homini illustri dell' Accademia de Signori incogniti di Venecia, fol. 380. Impress. ibi ann. 1647. in 4.
- P E T R U S** Pazmanij, Societatis Jesu, Archiepiscopus Arigonensis, Hungariae Primas, ac S. R. E. Card. edidit pro Immaculatae Virginis *MARIE* Conceptione

capitane insignem Concionem. Impress. Pofonij 1636. in folio. Si vis ejus videre verba, lege Marr. in Purpur. Mar. lit. P. §. 21. fol. 373. De hoc etiam Alegambe, folio 392..

PETRUS Perea, Ordinis S. Augustini Hispanus, & Episcopus Arequipensis in Regno Peruano, edidit Lib. Littera seu rescriptum transmissum Philippo Hispaniarum Regi hujus nominis quarto, comprobando certitudinem, quam habet quod *Virgo MARIA fuerit concepta sine peccato originali*, & quod diffiniri non possit in Ecclesia opinio contraria cum motivis, & principiis Fidei, ac Theologiae, ac considerationibus circa festivitatem; in quibus Episcopus suam fundat opinionem, ut facilius possit satisfacere objectionibus, quæ ab aliquibus parum affectis fieri possunt. Impress. in civitate Regum, anno 1629. in 4.

Item, scripsit Epistolam quandam seu Apologiam circa defensionem supradicti tractatus ad Franciscum Sanchez de Villanueva Concionatorem Regium, de certitudine scilicet quam habet quod *Virgo MARIA fuerit concepta sine peccato originali*. Extat in eodem libro, fol. 237.

PETRUS Piedrola de Benavides, Poëta Hispanus, edidit Carmina seu Glossam pro immunitate Virginis à peccato originali. Impress. cum aliis Baëzæ anno 1618. in 4.

PETRUS Pilargius, alius Philaretus seu de Candida, Cretensis seu Novariensis, Ordinis Minorum (postea Summus Pontifex & Alexander V. renuntiatus) dum esset in Minoribus edidit de *Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* Tractatum unum; quem manus. habemus duplicatum, & sudat sub prælo hoc anno cum Opusculo S. Bernardini, Aureoli & aliorum Minoritarum scribentium pro Virginis Immaculata Conceptione.

Item, in 3. lib. Sententiarum dist. 3. scripsit quæstionem unam pro *Immaculata Virginis Conceptione*, quæ incipit: *Queritur, Utrum caro ex qua formatum corpus Christi fideliter creditur, fuerit aliquando sordibus originalis criminis deturpata?* &c. cujus præcipua propositio est hæc: *Decentissimum extitit & consonum maxime rationi Beatissimam Virginem fuisse ab omni originali macula specialissimè præservatam, &c.* Quæstionem autem terminat sic: *Et ideo parvi ingenij virum reputo illum, qui propter rationes quibus utuntur Doctores tenet unam partem vel aliam, cum hujusmodi rationes sint de levi solubiles.* Sola igitur devotio, amantissimi Fratres, vos moveat *puritatem ab omni crimine Beatissimæ Virginis Mariæ* totis viribus commendare, ad cujus honorem & laudem iste articulus motus extitit, qui ad præsens hic terminatur, Amen. Extat apud nos prædictus tractatus seu quæstio antiquis characteribus scripta in 4. & coincidit cum antecedente.

Item, loquens de hoc Auctore Antonius Chucaricus Episcopus Azernensis, fol. 63. inquit: *Et audivi à pluribus, quod dum esset Papa determinavit hanc quæstionem in civitate Pifarum, anno 1411.* Hæc Azernensis: sed de hac determinatione non constat, vel fortè non fuit promulgata morte intercedente; nam dicit Sixtus IV. qui regnavit ad annum 1480. Cum nihil sit determinatum ab Ecclesia.

PETRUS Pocqueti, Ordinis Cælestinorum Galus, in libro Sermonum de Sanctis habet Sermones decem de *Immaculata Conceptione Virginis MA-*

RIÆ; quorum primus incipit: *Quam plantavit ab initio & ante sæcula. Secundus: Cæleste posteris. Tertius: Non vidit ortum surgentis auroræ. Quartus: Nihil est quod æquè devotus. Quintus: Universe terræ fundamentum. Sextus: Ab æterno prælecta parata est. Septimus: Egregium sibi solum præparavit. Octavus: Impudenter nimis gloriæ. Nonus: Verba iniquorum prævaluerunt super nos. Decimus: Defecerunt scrutantes scrutatio. Extant MS. in Conventu Patrum Cælestinorum in folio, ubi ipse fuerat ter Provincialis, qui professionem emisit 1369. & obiit ann. 1408. Sunt hi Sermones per nos impressi hoc anno in 4.*

PETRUS Ponce de Leon, Episcopus Civitatis, approbavit Breviarium suæ Ecclesiæ, in quo est officium *Immaculatae Conceptionis*. Impress. 1555. in 4.

PETRUS Posnaniensis, Ordinis Minorum Polonus, in libro *Decisionum totius Theologiae speculativæ & moralis*, libro 3. cap. 4. quæst. 5. *Utrum Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem, aut in primo instanti animationis?* fol. 248. habet Conclusiones sequentes. 1. Si Adam non peccasset, & Christus venisset, *Beata Virgo fuisset sanctior Adamo* quantum ad dignitatem maternitatis; Adam verò quantum ad ordinem habendi. Conclusio 2. *Beata Virgo potuit sanctificari in instanti animationis seu Conceptionis, accipiendo Conceptionem pro unione animæ ad corpus.* Conclusio 3. *Potuit Deus facere, ut B. Virgo tantum per unum instans esset in peccato originali, & in tempore illius instantis immediate poterat illi infundere gratiam, quæ mundaretur à tali peccato.* Conclusio 4. *Potuit Deus Beatam Virginem præservare, & etiam à debito contrahendi peccatum originale, sed hoc non decuit.* Conclusio 5. *Decuit & congruum fuit, Beatissimam Virginem sanctificari in instanti animationis.* Conclusio 6. *De factis Beatissima Virgo fuit in utero sanctificata.* Conclusio 7. *Negare hanc veritatem, esset erroneum vel errori proximum.* Conclusio 8. *Multiplex potest esse ratio & causa, quare Virginis sanctificatio non habeatur in Scriptura.* Conclusio 9. *Beatissima Virgo non ita fuit sanctificata sicut ceteri homines, sed sicut Angeli in instanti creationis.* Conclusio 10. *De factis Beata Virgo fuit sanctificata in instanti animationis, licet contraxerit debitum contrahendi peccatum originale.* Conclusio 11. *Beatissima Virgo fuit redempta medio modo inter nos & Angelos.* Conclusio 12. *Hæc veritas est antiquissima, licet non ita aperte eam antiquis revelaverit Deus: convenienter tamen ejus revelatio ad hæc usque tempora dilata fuit.* Impress. Venetiis 1629. in 4.

PETRUS Possinus, Societatis Jesu, edidit Librum sub hoc titulo: *Vincentia victus, sive: Confutatio libri cui titulus est: Fratris Petri de Vincentia Ordinis Prædicatorum Opusculum de Veritate Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ.* Extat impressus pulcherrimis characteribus absque anno & loco impressionis in 8. regali, & Montalvani 1650. in 8. Libri assumptum est confutare Opusculum editum Tolosæ anno 1649. mense Julio sub nomine Petri de Vincentia Dominicani, quod summâ diligentia & curâ Tolosana Facultas & Archiepiscopus sepelivit.

PETRUS Queval, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanii die 12. Julij, ann. 1654. Thefi 13. de Peccato originali, hæc defendit: *Quo nostræ omnium voluntates in ipso ut capite fuerunt constitutæ, unius exceptâ voluntate Deiparæ.* Impress. ibidem in 4.

Ffff

PETRUS

PETRUS de Quintanilla & Mendoza, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Hispanicè inscripto: *Discursos Complutenses*, &c. discursu 8. agit de Capella *Conceptionis purissimæ Beate Virginis MARIE* erecta à D. D. Francisco Ximenez de Cisneros in domibus Archiepiscopalibus Toletan. fol. 432. Item, de *Confraternitate purissimæ Conceptionis* ibidem erecta à prædicto Cardinali, & extat discurs. 9. lib. impress. Romæ 1654. in 4. & in vita ipsius Cardinalis cap. 14. folio 154. Item, in libro dicto Hispanicè: *Architypos de virtutes y espejo de Prelados*, el venerable P. y siervo de Dios Fr. Francisco Ximenez de Cisneros, &c. Quod licet ibi non dicatur, fuit liber ab isto P. elaboratus. Capite ergo 15. folio 29. narrat quomodo servus Dei dedit Monialibus *Immaculatæ Conceptionis Domine nostræ* modum vivendi, Conventus & Regulam, & ipsas fecit subiectas Ordini Seraphico, folio 29. Item, cap. 12. Quomodo in Missali Muzarabe positum fuit officium *Conceptionis*, &c. fol. 93. Item, cap. 14. de *fundatione Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis Domine nostræ*, &c. folio 154. Item, cap. 16. agit quomodo Philippus III. milit. Fr. Franciscum de Sofa ad Romanam Curiam pro ultima definitione *mysterij Immaculatæ Conceptionis*, folio 179. Item, cap. 22. de *fundatione Monasterij Immaculatæ Conceptionis de Illescas*, folio 209. Et in parte 2. hujus Operis, sive Archivo Complutensi, folio 33. agit de *fundatione Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis Toletanæ*, & etiam folio 67. de ipsius Confraternitatis confirmatione. Quæ omnia reperies in libro impress. Panormi 1653. in folio.

Item, in brevi Summario vitæ D. D. Francisci de Cisneros Italicè, de *fundatione Ordinis atque Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis Toletan.* fol. 35. & 50. Lib. impress. Romæ 1654. in 8.

PETRUS de Quiros, Ordinis Minorum Hispanus, in Oratione panegyrica de Purificatione Immaculatæ Virginis MARIE 5. 1 folio 4. loquens de puritate Christi Domini, & MARIE Virginis, inquit: *Que esos dos Cherubines estan superiores à toda ley*, &c. Impress. Hispali 1654. in 4.

PETRUS Rabbi, Ordinis S. Augustini Doctor Theologus, in libro dicto: *La Rose d'or du paradis de la Vierge*, &c. folio 154. de *Immaculata puritate paradisi Virginis*, &c. agit latè per totum 5. de eius preservatione ab originali peccato. Item, fol. 292. in Contemplatione *mysteriorum Rosarii*, de Virginis electione ab æterno & præfiguratione: & quod in sua Conceptione fuit præventa per Dei speciale privilegium absque aliqua immunditia peccati, &c. Lib. impress. Parisiis 1613. in 12.

PETRUS Ravennatis, utriusque Juris Doctor, Eques auratus, ex tertio Ordine S. P. N. Francisci Italus, in libro *Sermonum*, &c. sermone 10. Quod Christus fuit Deus & homo, folio 44. inquit: Inducitur etiam auctoritas Isaia 19. qui prædixit fugam Christi in Ægyptum: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Quæ verba sic exponit Syra: Assumendo sibi carnem humanam, quæ dicitur nubes, quæ Spiritus Sancti virtute formata fuit, sicut nubes sursum generatur, & levis dicitur: quia non fuit gravata pondere peccati originalis; & ingredietur Ægyptum fugiens persecutionem*, &c. Lib. imp. Agrippinæ 1507. in 4. Caro igitur virtute Spiritus Sancti assumpta à Verbo in utero Virginis MARIE

fuit levis, id est, non gravata pondere peccati originalis. Et non loquitur de illa sanctissima carne prout supposita Verbo; quia cum esset Deus, caro illa nullo modo poterat gravari aliquo peccato: sed loquitur de carne illa prout erat assumpta à Virginibus hæc enim secundum omnes Patres fuit nubes levis, super quam Dominus ingressus fuit Ægyptum.

PETRUS Reschinger, Ordinis Minorum, in Clav. vi Theologiæ sive Repertorio R. P. & Irrefragabilis Alexandri de Ales per Nicolaum Reslher civem Basileensem fideli emendatione elaborato, verb. *MARIA*, inquit: *MARIA est concepta in peccato originali 3. quæst. 9. m. 2. a. 1. & 2. MARIA non est concepta in peccato originali 2. quæst. 95. m. 4. o. 2. sect. 4. & 1. q. 21. m. 3. a. 6. Item, MARIA non potuit sanctificari in Conceptione e. m. 2. a. 2. Item, MARIA fuit sanctificata à somite e. m. 2. a. 5. Item, MARIA sanctificata fuit propter duo e. m. 3. a. 1. Item, MARIA fuit sanctificata super omnes in utero e. m. 2. a. 4. Item, MARIA in Conceptione fuit sanctificata totaliter e. m. 3. a. 5. 1. Lib. impress. Basileæ 1502. in 4.*

PETRUS de Rheggio, Ordinis Minorum, in Conclusionibus de Militante & Triumphante Ecclesia in Comitij Generalibus Romæ, fol. 21. de 4. fluvio Tygris loquens de Christo Filio Adæ, per rationem feminalem non propagato, ait: *Et ideo peccatum originale non contraxit Filius Virginis MARIE, quæ vera fuit Mater Dei & hominis activa per naturalem potentiam, simul & Virgo immunis ab omni peccato originali, actuali quoque mortali & veniali*, &c. Lib. impress. Romæ, ann. 1603. in 4.

PETRUS Rhemensis, Ordinis Prædicatorum, in Sermonibus de Sanctis, sermone 2. de Nativitate: *Liber Generationis*. Liber quandoque dicitur charta ipsa, &c. statim sic dicit: *Dicitur B. Virgo liber. Primò dicitur liber, quia pellis ab ore separata in Conceptione, mundificata in sanctificatione, per disciplinam extensa, &c. quia plena gratia fuit, tota sine ræ & sine laminatione*, &c. MS. in Bibliotheca S. Martini Lovanii.

PETRUS Ribadeneyra, Ordinis S. Augustini, in octavario Sanctæ Theresiæ, folio 14. inquit: *Esta alabanza grande se dice de la Virgen MARIA que durmiendo contemplaba, y que no interrumpia en sueño la oracion, ni hazia pausa en el amor de su Dios, y que MARIA amaba mas à su Dios durmiendo, que los Santos todos en sus maiores vigilias, y en sus mas despiertos, y atentos desvelos. Muchos dan esta prerogativa à MARIA desde el primer instante de su primera sanctificacion, quando fue concebida, continuando siempre los meritos*, &c. Lib. impress. Matriti 1627. in 4.

Item, quando in Romana Curia tempore Pauli V. à Magistro sacri Palatii facta fuit confiscatio medallarum sive numismatum sisco adjudicatorum, editus fuit libellus ab Oratore Duce Alburquerqueo pro inscriptione numismatum, scilicet: *Concepta sine peccato originali, & Laudetur sanctissimum Sacramentum, cujus Auctor creditur fuisse Petrus de Ribadeneyra. Ex Waddingo in Legatione*, pag. 295. & Rivete in Apologia, fol. 46.

PETRUS de Ribadeneyra, Societatis Jesu Hispanicè sive Hispanice *Conceptionis Beate Virginis Tractatum* unum. Item, de *Immaculata Conceptione Domine nostræ* florem seu legendam Italicè. Venetijs 1604. in

in folio, & Hispanicè Barchinone anno 1624.

PETRUS du Rieu, Societatis Jesu Belga, in Theologia habita Lovanij die 4. Julij anno 1644. Thesi 14. de originali hæc defendit: *Ab eo ejusque debito Dei Matrem eximimus.* Impressi ibidem in 4.

PETRUS Rodulphius à Tosignano, Ordinis Minorum Italus, in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Sermonem unum in libro dictor: Dictionarium concionatorum. Impressi. Coloniz anno 1610. in 8.

Item, de eadem Immaculata Virginis Conceptione scripta super Magnificat, ut refert Daza in lib. de Conceptione cap. 6. folio 46. Item, in libro Sermonum folio 140. sub hoc titulo: Predica dell' Incarnatione del Verbo annuntiata del Angelo Gabrielo; ferè tota prima pars sermonis est de puritate, innocentia, immunitate, præsertatione & Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ libera à peccato originali. Vide ibi Lib. impressi. Venetijs 1584. in 4.

Item, singulis Sabbatis Missam unam in honorem Conceptionis B. Virginis ad animæ suæ salutem celebrari statuit & decrevit. Marrac. in Antif. Mar. fol. 454.

PETRUS Roestius, Societatis Jesu natione Belga, in Apologia pro Deiparæ Virginis MARIÆ Camera Lauretana, & Historia contra Mathiam Berneggerium, &c. in principio adducit imaginem Deiparæ cum dracone; & cap. 10. folio 83. inquit: *Mente castissima & pudicissima, quæ in Canticis Canticorum saltem mystico sensu, si non litterali, ab omni pulchritudine describitur & laudatur Deipara Virgo MARIA ex sententia sanctorum Interpretum, &c. Lib. impressi. Augstæ Trevirorum 1625. in 4.* Facit allusionem ad illa verba: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et si ab omni pulchritudine igitur & à justitia originali est laudanda. Vellem ut explicatiùs super hac re loqueretur, sicut ceteri Jesuitæ faciunt.

PETRUS Romanus, Monasterij Perusini Divi Petri Congregationis Cassinensis Prior, in lib. de Musarum plausu: *Quod V. MARIA fuit venusta & sine labe Anagramma & Epigramma.* Perusiz 1643. in 4.

PETRUS Rosarius, Burgensis Hispanus, in libro: *Observationes quædam in nonaginta quinque Hymnos, qui in Breviario Romano continentur, &c. p. 2. de Orationibus per totum anni circulum, folio 34. in festo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Orationes.* Lib. impressi. Burgis 1624. in 8.

PETRUS Reyuda, Ordinis Carmelitarum, in Summa Indulgentiarum ejusdem Religionis, ad diem 8. Decembris folio 31. de Indulgentiis pro vigilia & die Conceptionis, &c. Lib. impressi. Matrizi 1590. in 8.

PETRUS Ruiz Alcholidas Hispanus, in Tractatu de Recitatione officii divini, folio 271. ad diem 8. Decembris, de modo recitandi officium in die Conceptionis Virginis MARIÆ. Vide ibi Lib. impressi. Toleti 1584. in 4.

PETRUS de Salas, Societatis Jesu Hispanus, in libro: *Theaurus Poëtarum in gratiam juventutis, folio 130. num. 179. verb. Conceptio Virginis*

Dominæ nostræ, sic inquit:

*Sed tua te Genitrix intactam, & profusus avitæ
Secretam macule gravidâ concepti in alvo,
Ne tuis exortens pura de lapsus ab æthra
Parte ulla fetus foret insincerus ab alvo,
Nec præscam traberet materno à sanguine labem;
Cui Rex Cœlicolum veteri non per via noxæ
Communem exemit labem, puramq; reliquit.*

Impressi. Vallisoleti 1631. in 8.

PETRUS de Salazar, Ordinis Minorum Hisp. In historia de Fundatione & progressu Provincia Castellæ Ordinis S. Francisci, à folio 471. usque 510. de historia mysterij Conceptionis Dominæ nostræ atq; fundatione sui Ordinis, necnon de Monasteriis existentibus in Provincia Castellæ sub titulo Conceptionis Librum unum, qui est in ordine 8. Item, de fundatione Monasterii Immaculatae Conceptionis Toletan: usque ad caput 8. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Torrijos cap. 10. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Maqueda cap. 11. Item, de fundatione Monasterii de Scalona sub titulo Incarnationis, sub regula tamen & habitu Conceptionis cap. 12. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis Matritens. cap. 13. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Talavera cap. 14. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de la Puebla de Montalvan cap. 15. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Oropesa cap. 16. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis Civitatis Regalis cap. 17. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Guadalajara cap. 18. Item, de fundatione S. Ursulæ Complutensis sub regula & habitu Conceptionis cap. 19. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Tordelaguna cap. 20. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Palfrana cap. 21. Item, de fundatione Monasterii Conceptionis de Escariche cap. 22. Item, de fundatione Monasterii Fontis de la Enzina sub habitu & regula Conceptionis cap. 23. Item, de fundatione Monasterii Matritens. Jesu & MARIÆ sub habitu & regula Conceptionis, quod alio nomine dicitur Hispanicè Monasterio del Caballero de Gracia, cap. 24. Item, de Indulgentiis & gratiis concessis Ordini sanctissimæ Conceptionis Dominæ nostræ, &c. cap. 25. Quæ omnia reperies in præallegato libro. Impressi. Matrizi 1612. in folio.

PETRUS de Salazar & Mendoza, Canonicus & Pœnitentiarius Toletan. Hisp. in Chronica Card. B. D. Petri Gonzalez de Mendoza, de Confraternitate Immaculatae Conceptionis in Curia Regis Hispaniarum atq; Toletana, cujus Fundatores fuerunt Hieronymus de Madrid & Franciscus de Zalamea ad annum 1506. & quod in eadem civitate Toletana extant aliæ Confraternitates Conceptionis in Parochiis S. Thomæ & S. Nicolai, &c. Impressi Toleti 1625. in folio.

PETRUS Salmerius, in Postillis super Epistolas & Evangelia, in Domin. 6. Adventus, inquit: *Virgo MARIA cum lacteo colore per originalis caritatem peccati: roseo rubore per culmen omnium virtutum: aureo fulgore per redundantiam gratiæ. Extat manusc. in fol. magno Tolosæ in Conventu S. Augustini.*

PETRUS Sanchez, Canonicus Toletanus, in lib. Arbol de Consideracion y varia doctrina, planta do ent

Ffff z

do ent

- do en el campo fertilissimo de los venerables mysterios de la semana santa, &c. in Dedicatoria ad Virginem MARIAM ait: *Quod sit preservata à peccato originali*, licet genita ex Joachimo & Anna via communi, &c. Lib. impress. Toleti 1584. in folio.
- PETRUS Sanchez, Poëta Hispanus, edidit Glosam pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, & est in Sanct. Zapata folio 131. & alia Carmina, folio 153.
- PETRUS Sanchez, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Regno Dei lib. 8. cap. 6. folio 350. *Quod Virgo MARIA nata est absque peccato*, confregitque caput draconis originalis; ideoque dicitur de ea: Et macula non est in te, &c. Lib. impress. Matriti 1616. in 4.
- PETRUS de Santiago, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in serm. de Translatione Sancti Jacobi, folio 31. agit de mysterio ac feclivitate Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ ab ipso Apostolo instituta. Sermon. impress. Matriti 1633. in 4.
- PETRUS de la Serna, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in libro Statutorum & Constitutionum Mancipiorum Dominae nostrae de Mercede, pro die Dominica adducit officium Conceptionis Beatissima Virginis MARIÆ (ut ibidem dicitur) à se compositum, & extat à fol. 49. usq; 80. Lib. impr. Hispali 1615. in 8.
- PETRUS Seucurable Harcurianus, magnus Archidiaconus Rothomagensis, die 25. Octobris 1508. fundavit quinque Missas; unam pro die Purificationis, alteram pro die Immaculatae Conceptionis, &c. Extat in Registro Universitatis Parisiensis ad annum 1475.
- PETRUS Sigler de Umbria, Ordinis Minorum Hispanus, tomo 1. sub titulo: De los atributos y mexoras de MARIA Serenissima Señora nuestra en su Immaculada Concepcion, &c. Lib. impress. Hispali 1632. in fol. cum imagine Immaculatae Conceptionis.
- PETRUS de Simancas, Ordinis Sancti Augustini Hispanus: Locus litteralis pro immunitate Beatae Virginis MARIÆ à peccato originali, & à debito illud contrahendi, Librum unum. Impr. Matriti 1640. in 8.
- Item, idem scripsit ad Sanctissimum Patrem Innocentium X. circa diffinitionem de fide articuli Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ Dominae nostrae Epistolam seu potius Tractatum. Matriti 1645. in folio. Incipit: Son rantas.
- PETRUS Simonis vel Simonius Tiletanus, Episcopus Iprensis, natione Belga, in libro de Veritate, collecto à R. P. Joanne David Societatis Jesu, in tractatu de Conceptione Virginis MARIÆ activa scilicet, multa dicit pro ejus eximia puritate & mundicia, verbi gratia, quod in carne degens extra carnem se extulit, &c. Sed praecipue ad nostrum intentum loquitur tractatu de Assumptione, dicens: Cum siquidem nulla peccati nube depressa, nulla vitæ macula resperfa, neque infecta fuit veneno lethali quod transfudit ad posteros sicut Eva; sed fuit tota pulehra in qua nulla macula. Vide à folio 49. usque 57. Lib. impress. Antwerpiae 1609. in folio.
- Item, scripsit etiam secundum aliquos specialiter Tract. unum de Conceptione Immaculatae Virginis. De quo Léon in Bibliotheca manu. classe 6. folio 450. Marraccius in Bibliotheca & Arist. Marian.
- PETRUS Skarge, Societatis Jesu, in lib. Vitae Sanctorum Polonicè, ad diem 8. Decembris folio 45. adducit Legendam de Immaculata Virgine Conceptione latè. Lib. impress. Cracoviz 1644. in folio.
- Item, scripsit Conciones de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ mysterio, ut refert Marrac. in Catal. ad annum 1612. & in Biblioth. folio 275. Alegambe, fol. 398.
- PETRUS Solorzano Hispanus, edidit Librum: Epitome Poëmatum, in quo agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, teste D. Antonio de Lupian in sua Epist. pro Immaculata Conceptione, fol. 12. Hanc manuscr. habemus.
- PETRUS Soave Polonus, Auctor prohibitus, in Historia Concilij Tridentini narrat latissime quomodo fuit factum Decretum de exemptione Virginis MARIÆ à peccato originali; diligentiam ac laborem Fratrum Minorum in hac materia, objectionem Hieronymi Lombardelli Franciscani, &c. à folio 170. usque fol. 177. Lib. impress. Londini 1619. in folio Italicè & Latinè.
- PETRUS à Stunica & Avellaneda Penaranda Comes, Monasterium pro Monialibus Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ à fundamentis construxit in praedicto oppido de Penaranda. Gonzaga in Historia Seraphica & Provincia Conceptionis, Marraccius in Principibus Marianis.
- PETRUS Suarez de Castilla, Presbyter Hispanus, edidit Dialogum inter Magistrum & Discipulum, in quo se trata de la purissima Concepcion de N. Señora la Virgen MARIA concebida sin mancha de pecado original, con la declaracion de lo tocante al mysterio. Extat hoc Opusculum impress. Compluti 1616. in 4.
- PETRUS Suarez de Escobar, Ordinis Sancti Augustini, in libro Hispanico dicto: Speculum divinum vitæ Christianae: Quod Sanctissima Virgo MARIA non habuit maculam, nequam, neque vel minimam umbram peccati originalis, sed ab ipso miro fuit preservata modo ac redempta, &c. passim in praedicto libro, praecipue fol. 45. & 66. & 88. & 143. & alibi. Alia brevitas gratia omittimus. Lib. impress. anno 1588. in fol. magno.
- PETRUS Sutor, Ordinis Carthusianorum, in libro de triplici Connubio divæ Annæ, cap. 4. fol. 31. & 32. inquit: Itaque de prima Maria Genitrice id capiendum non est quippe quæ sanctissima femina fuit, & ab omni sordis corruptionis labe prius aliena, &c. Nec demum Conceptus MARIÆ Virginis ideo miraculosus putandus est, quod nulla alia proles seclata sit (ut adversarius falso putat) cum hoc nihil faciat sed propterea miraculosus dicendus est, quod coelitus sit annuntiatus, quod ex sterili quoque utero factus, quod demum sine sordibus originali, parentumque libidine divinitus effectus esse putetur, &c. Vide alia ibi. Lib. impress. Parisijs apud Joannem Parvum 1523. in 4.
- PETRUS de Tapia, Consiliarius Regis Hispanus, in Reformatione Universitatis Complutensis, fol. 35. à tergo, num. 17. titulo 35. Quod oppositores non accipiant panem pro lectionibus in festivitatis Epiphaniae, Purificationis, Annuntiationis,

ntiationis, Ascensionis Corporis Christi, Sancti Joannis Baptistæ, Sancti Ildephonsi, Sancti Francisci, Sancti Lucæ ac Conceptionis Domine nostræ. Impress. Compluti, anno 1615. in fol. Item, ibidem titulo 36. fol. 41. inter dies festivos ipsius Universitatis die 8. Decemb. ponitur *Conceptio Domine nostræ.*

PETRUS de Tapia, Ordinis Prædicatorum Hispanus, Episcopus Seguntinus, Cordubensis, ac tandem Archiepiscopus Hispalensis, in tom. 1. Catechæ Moralis doctrinæ, de actionibus moralibus & earum principijs, in lib. 2. art. 8. num. 9. fol. 160. inquit: Dixi regulariter, quia in Adamo & in Beatissima Virgine ab initio infusionis habuerunt gradum heroicæ purgati animi. Nam appetitus erat omnino immunis ab impetu passionum & quia status innocentie exagebat gradum perfectum virtutum, & à fortiori dignitas & excellentia sanctissimæ Matris Dei. Hispali 1654.

Item, ad petitionem D. D. Ludovici Fernandez de Corduba Marchionis de Pliego concessit licentiam, ac facultatem impertivit, ut in civitate de Montilla eligeretur in patronam unicam ac tutelarem Deipora Virgo MARIA absque originali peccato concepta, sub titulo *Immaculata Conceptionis*, &c. ut constat ex ejus litteris expeditis anno 1651. die 17. Februarij; & extant in Archivio Ultramontano Curie Romanæ.

PETRUS de Tardito Subaudus, Ordinis Prædicatorum, ex Sermonibus S. Vincentij, dist. 100. fol. 139. cujus principium est: MARIA sex habet excellentias quæ continentur in Ave MARIA, inquit: Prima ergo excellentia Virginis MARIE dicitur clara puritas, quia nunquam habuit peccatum: nullus autem prius fuit qui non peccaverit, nisi ipsa quæ nunquam peccavit; & ideo super omnes fuit clara in puritate. Quapropter Spiritus sanctus de ea philocaptus, sicut aliquis mundanus de muliere pulchra & sine macula, per os Salomonis fecit unam cantilenam de ea, scilicet Cantica Canticorum, in qua dicit cap. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, &c. Et latè dicit fuisse sine væ alicujus peccati. Lib. impress. Lugduni 1609. in 4.

PETRUS Tartaretus, Theologus Parisiensis Anglus, in 3. Sent. dist. 3. ponit talem Conclusionem resolutivam: *Virgo gloriosa in Conceptione sud nullo modo fuit peccato obnoxia*; quam probat & defendit latissimè, à fol. 35. usque 44. Lib. impress. Venetijs 1607. in fol. & 1583. in folio.

PETRUS Terræ, Ordinis Minorum Hispanus, unà cum R. P. Fr. Dima recollegit in libro disto: Supplementum privilegiorum Ordinis Minorum, indulgentias, concessiones, privilegia ac aliam tam pro Religione Monialium, quam pro die *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE*; ut videre est folio 93. & folio 105. ac alibi. Lib. impress. Barchinone 1523. in 4.

PETRUS de Tevar Aldana, Ordinis Minorum Hispanus, prima parte de Excellentijs Dei, MARIE ac Sanctorum, de Excellentijs Sanctissimæ MARIE in sua *Immaculata Conceptione* Tractatus duos, à folio 177. usque 272. Lib. impress. Barchinone 1633. in folio.

Item, in Sermonibus Quadragesimalibus, serm. 1. folio 2. Quod MARIA fuit terra benedicta, in qua nullam habuerunt partem peccatum, aut demon. Lib. impress. Matrici 1644. in 4.

PETRUS Thadæus Rosellius, natione Italus: Sertum florum & fructuum odoriferorum & suaviuum Coronæ mysticæ Conceptionis *Immaculatae Matris Dei Virginis MARIE*. Anconæ 1619.

PETRUS Thomas Aybar, Poëta Hispanus, in Cantione de B. Virgine MARIE Domina nostra, inquit:

*Que aunque mirada en esferas de criatura
Entre la primer luz de concebida
Primerò en ella amaneció la vida.*

Extat cum alijs impress. Matrici in libro de Sacramentis Toletano, fol. 56.

PETRUS Thomas, Ordinis Carmelitarum & Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit Tractatum pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Hippolytus Marraccius ad annum 1306. & in Bibliotheca fol. 278. & in Antist. Marianæ ex Philip. Masier & Luca Waddingo fol. 448. Licet Ægidius Gonçalez de Avila in suo Theatro Ecclesiastico de hoc Opere mentionem non faciat; de eo tamen scribunt multi, Scotus in Biblioth. Hispan. Taxander, Bustos serm. 4. Salazar, Leon; sed irrefragabile testimonium præbet Joannes Vitalis in suo Tractatu de Concept. lib. 4. Ancilla 7. dicens: Tertius testis est Petrus Thomas Patriarcha Hierosolymitanus Ordinis Carmeli in Tractatu de Laudibus Virginis, ubi probat multipliciter sacram Virginem fuisse sine originali conceptam, &c. Idem habet transumptum Alani.

PETRUS Thomas, Ordinis Minorum Hispanus & Lector Barchinonens. edidit Tractatum in tres Libros divisum pro *Immaculata Virginis Conceptione* circa annum Domini 1320. dicatum Joanni Aragoniæ Infanti, & Joanni XXII. Pontifici Maximo tunc regnanti. Ejus prologus incipit: Regalis celsitudinis inclytæ proli Domino Infanti Serenissimo Principis Domini Jacobi Regis Aragonum filio Frater Petrus Thomæ Lector Fratrum Minorum in Conventu Barchinonens. &c. Opus verò incipit: Ave gratia plena. Habemus duplex originale manuscriptum, unum in 4. & alterum in fol.

PETRUS Thomas Saraëinus, Ordinis Carmelitarum Bononiensis Italus, in libro de Liliarium Beatissimæ Virginis MARIE de Monte Carmeli, sic in principio ait: Salve verbi sacra Parens, flos de spina spinâ carens, flos spinetici nescia. Et fol. 17. pro die Lunæ in mystero primo: *MARIE Conceptio*. Ave MARIA. Impress. Lucæ & Valentini 1641. in 16.

Item, in Menologio Carmelitarum de *Conceptione Deiparæ Virginis MARIE* ac ejus celebratione & antiquitate in Ordine Carmelitano, Caput unum fol. 399. Lib. impress. Bononiæ 1627. in 4.

PETRUS à Toledo, Marchio Villæfranchæ, Monasterium Conceptioni Deiparæ Virginis MARIE sacrum, quod in Oppido Villæfranchæ erectum conspicitur, suis sumptibus edificandum curavit. Gonzaga in Historia Seraphica Provinc. Sancti Jacobi, Marraccius in Principibus Marianis.

PETRUS de Torres, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in sermone de Beata MARIA Virgine pro vindictijs in salutatione. Et fol. 6. à tergo plura & pulchra dicit pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Vide ibi. Impress. Cordubæ 1640. in 4.

PETRUS de Torres Ramilla, Doctor Hispanus, in Interrogatorio pro informationibus D. D. Fr. Francisci de Cisneros, Ordinis Minorum ac S. R. E. Cardinalis, num. 49. fol. 10. facit mentionem de Capella *Conceptionis Immaculatae Virginis MARIÆ* erecta in domo Archiepiscopali Toletana, &c. Extat cum alijs Opusculis in Curia Romana.

PETRUS Travellionus, Ordinis Carmelitarum Italus, de *Conceptione Beatæ Virginis* Homiliam unam in tomo 2. suorum Operum. Leon in Biblioth. classe 6. Pist. fol. 155. Ludovicus Jacob à S. Carolo in Catal. Auctorum qui scripserunt de B. Virgine.

PETRUS Trecentis, sive de Riga, Auctor antiquus in tractatu: *Aurora super Lucam*, inquit:

Tanto hanc complexit dives natura decore

Quod mirata fuit nil superesse sibi.

Vnam nec maculam natura reliquit in ista;

Ad caput à planta transvolat iste decor, &c.

Sic Vitalis libro 4. cap. 5. artic. 5. Hujus Doctoris Opera manusc. vidi in Biblioth. S. E. Toletana; & in diversis Bibliothecis Gallia, Italia, Belgij, & Germaniæ septemdecim originalia manusc. P. Fr. Joannes de Meppis vocat istum Petrum Crentensem.

PETRUS de Turohia, Ordinis Minorum in suo Dictionario sustinuit *V. M. fuisse conceptam sine originali peccato*. Ita Anton Chucarus Episcop. Azenensis in Elueidario suo, part. 2. fol. 63. col. 3.

PETRUS de Valdeclausa, Sacræ Theologiæ Doctor, in libro: de Immunitate Auctorum Cyriacorum à censure, fol. 7. hæc habet: Non minus luculentum est exemplum quod subijcio. Cyriacorum plerique (etiam post Sixtum IV. & Concilium Tridentinum) dixerunt, prorsus falsum & nullatenus probabile esse, Beatam Virginem fuisse conceptam sine peccato originali. Immo Bartholomæus Spina qui Romæ tantò post Sixtum IV. fuit Magister S. Palatii, in Opere de universalis corruptione generis humani, parte 5. cap. 9. intrepidè dixit: Assertionem de B. Virgine concepta absque peccato originali esse inventore diabolo sathan, & festum Conceptionis in ea assertionem fundatum, esse detestandum: at hoc dicere, est hæreticum. Quod ut intelligatur, secermenda sunt duo in hac enuntiatione: Pium ac probabile est, B. Virginem esse conceptam absque peccato originali. Unum est, propositio de inesse, sive dictum illius propositionis contentum illis verbis: B. Virgo est concepta sine peccato originali. Alterum est, modus afficiens illud dictum, quod scilicet pium est & probabile, conceptionem illam peractam esse absque labe originali. Ex dicto illo & modo simul junctis exurgit propositio modalis, quæ asseritur, pium esse ac probabile Conceptionem Deiparæ passivam fuisse expertem peccati originalis. Dictum ergo propositum non est ex fide certum, ut Sixtus IV. & multi posteriores Pontifices declararunt; firmavitque Concilium Trident. At, quòd dictum illud sit pium & probabile, de fide est; quia Eccl. quæ est columna & firmamentum veritatis, docet fideles illud dictum esse expertem erroris; & qui ita senserit, piè & probabiliter sentire, nec posse notari ullius temeritatis aut culpæ. Hoc Pontifices, firmante Concilio Oecumenico, tradiderunt loquentes ex cathedra, hoc est, obligantes unumquemque fidelium ita sentire, & abstinere omni censura & improbatione illius propositionis mo-

dalis enuntiantis pietatem ac probabilitatem assertionis prædictæ: *B. Virginis Conceptio passiva fuit absque peccato originali*. Habetur hæc doctrina Pontificia in corpore Juris, & rata habetur in Oecumenica Synodo Tridentina; atque adeò assertio illa est de fide; & qui dicit errasse Pontificem docentem neminem fidelium posse reprobare eam propositionem, habendus est hæreticus, quia abiicit vivam regulam fidei, quæ exscripturis & traditione affirmat talem propositionem esse erroris prædicti expertem; & omnes fideles obligari abstinere ejus reprehensione.

Ex his inferitur, multos Cyriacorum fuisse aut etiam nunc esse hæreticos. Nam multi eorum (etiam post Sixtum IV.) inficiari sunt eam propositionem modalem: Pium est ac probabile B. Virginem esse conceptam absque peccato originali; quam tamen propositionem Pontifices ex cathedra loquentes, (ad est obligationem omnibus fidelibus injicientes sentiendi, & nullatenus sugillandi sic sentientes) annuente Tridentino Concilio Oecumenico, tradiderunt. In quo docendi modo Pontifices non sunt obnoxij errori. Ubi ergo immunitas ab hæresi & errore circa fidem in Cyriacis illis, quos dixi obstrepre Ecclesie circa enuntiationem illam modalem? Nec se eximunt à tetra nota, quam inurimus, illi Cyriaci, qui insidiantes calcaneo Deiparæ, tamen fatentur dici posse B. Virginem caruisse peccato originali, propter prædicta; tamen negant pium esse ac probabile, Conceptionem passivam Deiparæ esse Immaculatam; & quoties audiunt Conceptionem dici Immaculatam, efferruntur; nec patiuntur hoc vel in libris qui eduntur extare, vel in concionibus doceri. Qui ita se gerunt, non se eximunt à nota quam eis inurebant. Manifestè enim Cyriaci isti refragantur Pontificibus ex cathedra docentibus; atque adeò hæresis calles se induunt. Verum enim est, *Conceptionem fuisse Immaculatam & caruisse peccato originali*. Ridiculè autem, & prorsus ignoranter, admissio nitore Conceptionis à peccato, refugitur titulus Conceptionis Immaculatae. Quis enim anguis latere potest in illa herba? aut quis ignis supponi potest illi cineri dolofo? Nam Conceptionem fuisse absque macula nihil aliud est, quàm fuisse sine peccato originali. Si ergo unum dici & vulgari potest, quare non aliud? Cogor ineptire cum ineptentibus, urgens rem per se claram, & dignam in qua non hæreat. Sed ferant me ineptentem, qui non nisi ineptientes insequor. Igitur si errat in hegorio fidei qui dicit non esse pium ac probabile Beatam Virginem esse sine originis peccato conceptam; quomodo non errat in negotio fidei, qui prohibet dici pium esse ac probabile Conceptionem illam fuisse Immaculatam? Nam duæ illæ propositiones sunt synonymæ; & eundem prorsus sensum sub duplici verborum cortice continent; ita ut si una approbetur, altera quoque sit approbanda; & posito quòd una repudietur, utraque sit repudianda. In eadem navis versantur & circa fidem æquè naufragant, qui contra expressa Pontificum decreta toties iterata & firmata usu per centum saltem ac triginta annos recepto in universa Ecclesia negant nitorem Conceptionis Deiparæ piè ac probabiliter atque adeò prudenter assertum esse obiectum idoneum religiosi cultus; qualem Pontifices vige-

re in Ecclesia agnoverunt jam à tanto tempore & explicatissime docuerunt, festum quod Romana Ecclesia de Conceptione Virginis celebrat, esse de prima animatione (id enim sonat vox Conceptionis) & repulerunt asserentes hoc festum non esse nisi de sanctificatione subsequuta Conceptionem. Illi ergo Cyriaci, qui post eam sensus Ecclesie expressionem contrarium tradiderunt; nec de ea repulsa curarunt, sed pertinaciter insisterunt suo sensui, & Ecclesiam in cultu religioso proposito irreligiosè egisse dixerunt, quomodo sunt ab errore immunes? Viderit verò F. Franciscus Combefis, qui Immaculatæ Conceptionis festum non semel allatravit, quomodo se pedicis, in quas se induit, extricet. In sua enim Monothelitarum historia, quam rodendo Baronio, quia Canum circa Honorium I. pexerat, adornavit, cap. 3. §. 2. pag. 174. contendit indubitatos honores Conceptionis Deiparæ esse dumtaxat, quòd B. Virgo sit concepta ex conjugio sterili, & quòd hoc fuerit velut ante ambulum gaudij nostri ex Christi Nativitate de hac Virgine consecuturi; quod ipsum ait à Græcis celebrari in Conceptione S. Joannis Præcursoris, ac veluti Luciferi adventantis Solis justitiæ. Non plus habuisse Conceptionem Deiparæ à tempore sextæ Synodi, ac etiamnum nihil plus habere religiosè festivum, contendit Frater prædictus; & aliud colere, affirmat aliud non esse, quam contentioni studere, ac sibi visa stabilire, præter publicam & universalem fidem. Rursùmque in Notis ad Orationem Gregorij Nicomedienfis de Conceptione Deiparæ, ait festum hoc Deiparæ inductum esse exemplo similis festi de S. Joannis Conceptione; præsertim cum accessit revelatio, quâ haud satis solidè jactabatur, Beatam Virginem Helcuinum Abbatem S. Anselmi successorem impulsisse ad celebrandum hujusmodi festum à S. Bernardo improbatum, nec à Græcis, præ Latinis hac in parte sobriis, in alio sensu admissum, quàm quo celebrabant Conceptionem S. Joan. in quinatâ quidem peccato originali, sed tamen adventantium tot bonorum prænantiam, & eorum antecursorem seu prodromum. Sic sentire de Concept. Deiparæ (ait idem Auctor in Præfatione Voluminis secundâ inscripti Cancellario Franciæ) est eam Conceptionem solidè laudare, & ut ex Conceptione nulla veris Matris famulis offensio sit.

Pervelim ab hoc Fratre Cyriaco considerari, quàm hæc ejus assertio vacet fermento doctrinæ reprobræ, de quo proximè agebam. Et sunt sanè multa in ejus dictis compendio nunc relatis, quæ reprehensioni meritò pateant: ut quòd per fecerit anachronismum facit S. Anselmum Helcuini prædecessorem. Item, quòd ait S. Bernardum improbasse festum de Conceptione simile festo Nativitatis; in quo adversarius & sibi contrarius est, cum ipsemet tale Conceptionis festum admittat; & Bernardum malè intellexit, ut alibi traditur. Ad hæc, quòd festum Conceptionis Deiparæ, in suo illo sensu distorto sumptum, ait inductum esse exemplo festi S. Joannis. Quasi verò non sit par sentire fideles erga Deiparam melius affectos esse, quàm ut dicantur solo exemplo festi S. Joannis, atque adeò non nisi post hoc inductum, egisse festivum diem Conceptionis Deiparæ. Tandem, quòd sobrios præ Latinis fuisse in hac parte Græcos, & sapientiores statuit. Hæc omnia

reprehensionem merentur; sed ea dissimulemus in præsentia, in illud unum intenti quod idem Frater ait, nihil plus nunc habere cultum Conceptionis quàm ejus, non quidem sanctæ, sed tamen sanctitatem prænantiantis memoriam. Et quòd detritæ sobrietatis & sapientiæ notat Ecclesiam Romanam, & ei adhærentes Latinos, admittentes Religiosum cultum Conceptionis piè ac probabiliter Immaculatæ; id verò est ipsi Ecclesie illudere. Ecclesia enim conceptis verbis declaravit suam mentem in hujus festi celebratione esse, colere Conceptionem piè ac probabiliter Immaculatam; mandatque eadem Ecclesia columna & firmamentum veritatis, ut omnes fideles de eo festo sic sentiant, & illud religiosè & absque errore ad eum modum coli sibi persuadeant. Sequuntur hunc Ecclesie sensum, præter paucos Cyriacos, fideles omnes. Quis ergo est Philistæus iste, exprobrans acibus Dei viventis (capitibus, inquam, Ecclesie & Fidelibus ei in hærentibus) defectum sobrietatis ac sapientiæ in eo cultu? Illud verò quàm sobrium, quòd ait talem sensum esse studentium contentioni, & esse præter publicam & universalem fidem, & eam Deiparæ laudè non esse solidam, & veris Deiparæ famulis esse offensionem, scilicet paucis Cyriacis; (Nec enim omnibus inter eos, ut Catharino & Coysfeteo, aliisque, cum primùm perinfulas segreges facti, potuerunt sensa sua libere promere) Ut autè præter paucos illos, quibus timor malorū, vel pervicacia propter honorem Ord. fauces obstringit, nulli sint alij veri Deiparæ famuli, convitium est infrunito ori congruentius, quàm Religioso. Nec minuit hanc noxam toties ab hoc Auctore jactatum decretum Pij V. quo festum de Conceptione voluit coli adhibito officio, quale adhibetur in Nativitate, mutato tantum Nativitatis nomine, in nomen Conceptionis. Hoc enim edixit Pius, quia in revelatione facta Abbati Helcuino habebatur usurpandum esse in Conceptionis festo tale officium. Et in hoc ipso officio per Pium V. probato octavum Responsorium conceptis verbis tradit sanctam Deiparæ Conceptionem æquè ac Nativitatem. Sicut ergo certum est Deiparam in Nativitate sua fuisse sanctam & gratiâ sanctificante collucentem; ita certum esse debet Ecclesiam non errare, cum celebrat Conceptionem tanquam piè & probabiliter sanctam. Et quid quid Pius V. è Cyriacis assumptus, secundum suum privatum sensum existimavit, tamen prout Pontifex, & ratum habens officium prædictum, quo Conceptio ipsa sancta dicitur in sensu in quo Nativitas dicitur sancta, voluit quod affirmabam. Talem fuisse & esse in hujus festi celebratione sensum Ecclesie, disertissime tradiderunt posteriores Pontifices. Itaque viderit Frater Combefis, quàm absit ab hæresi, talia proferendo contra Romanam cortinam fidei magistram, & petram fidei, ut Damascenus in Josaphati historia vocavit. Contra quam quisquis arietat, ipse confringitur, ut ait Augustinus. Neglectum ab isto silentium, ab eadem Romana Ecclesia Cyriacis indictum circa suam peculiarem de non sancta & maculata Conceptione assertionem, alij urgeant. Impress. in 8. P E T R U S de Valderrama, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, de festivitate purissimæ Conceptionis V. MARIE Sermones sex in lib. Exercitiorum Spiritualium, &c. Impress. Barchinone 1607. in 4.

Item, extat alius sermo sub hoc titulo: Sermo primo de la Concepcion de nuestra Señora, predicado en la gran fiesta, que hizo el excellentissimo Señor Duque de Medina Sydonia, à la calificacion de los milagros de la devotissima imagen de la caridad de su ciudad de SanLúcar de Barrameda, &c. Impress. scorsim Hispali 1609. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis; & incipit: Celebraste este dia.

Item, in sermone funerali pro venerabili P. F. Didaco de Avila, fol. 7. *Quod Virgo MARIA ex speciali privilegio præservata sit à peccato originali.* Serm. impress. Hispali 1618. in 4.

PETRUS Varaona de Valdiviefo, Ordinis Minorum Hispanus, sub hoc titulo: In Psalmum octuagesimum sextum litteralis, mystica & moralis interpretatio, nec non Beatæ Virginis eiusque Immaculatæ Conceptus adaptata, atque per dialogi modum digesta &c. scripsit Librum integrum impr. Salmanticæ 1596. in 4. Incipit: In Cantabrica Provincia.

Item, scripsit aliud Opusculum seu Tractatulum sub hoc titulo: Præfatus Psalmus octuagesimus sextus Beatissimæ Virginis, eiusque Immaculatæ Conceptus adaptatur. Impress. ibidem eodem anno; & incipit: Tempore jam invitante.

Item, in Tractatu Hispanico super Ave MARIA, pro Conceptione Beatæ MARIAE adducit indicem concionatorum ad finem. Impress. ibidem.

Item, in Catalogo Operum eius existente in Conventu Toletano S. Joannis Regum dicitur, quod scripserit Tractatum de Conceptu Virginali.

PETRUS de Vargas Machuca, Poëta Hispanus, scripsit Cantiones pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis Dei Matris MARIAE, ut extant apud Ferriol fol. 36. & 49.

Item, in Cantione de Transfatione Sanctissimæ Virginis Toletanæ, inquit:

..... La muerte vistis
No como pena del primer pecado,
Que como Dios murio, tambien moristis.

Extat in libro impress. Matrii 1617. in 4.

PETRUS Vazquez, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Paula, in sermone de Nativitate Virginis, fol. 7. inquit: Por esta Hierusalem divina no pasará el demonio, teniendo en ella dominio, como le havia tenido en los demas hijos de Adam, &c. Todos los hijos de Adam son camino pasajero del demonio, que el passando por ellos en los instantes de sus Concepciones, deja estampada en sus almas la buella de la culpa original; pero en llegando à MARIA: non transibit per eam, no deja rastro, ni señal aunque mas haga, &c. Serm. impress. Hispali 1625. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Vide ibi fol. 8. nam sæpè dicit ipsam fuisse præservatam, & absque culpa originali.

Item, in Sermone funerali de Sorore Theresia de Jesu Recollecta Augustiniana, fol. 20. *Quod Beata Virgo MARIA ab instanti suæ Conceptionis fuit perfectissime unita Deo;* &c. Serm. impress. Matrii 1633.

Item, Sermone de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento die 11. Julij, fol. 6. inquit: Porque de la mesma suerte, que la Virgen Santissima fue redimida de la culpa original, no en que cayo, sino en que caiera, si Dios no la preservara con su gracia; assi este divino Sacramento nos redime de muchas culpas

y pecados en que cayeramos, si el no nos preservara, &c. Impress. Hispali 1624. in 4.

PETRUS Veden Canonista (ita citatus in additionibus ad Panormitanum) super prim. secum. Decretalium, titulo de Ferijs, cap. 1. Conquæstus, tom. 3. fol. 143. & 144. agit de Conceptione Virginis MARIAE ex Concilio Tridentino & Constitutionibus Sixti IV.

PETRUS de Vega, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in declaratione septem Psalmorum Pœnitentialium, part 1. Psalm. 4. versic. 6. discurs. 1. ad illa verba: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, postquam per 4. primos discursus egisset de peccato originali, discurs. 5. fol. 251. sic inquit: Discurs. 5. sobre el mesmo verso sexto, del singular privilegio, que la Virgen Madre de Dios tubo de essenta del pecado original; in quo latè tractat de præservatione à peccato & immunitate Deiparæ, à fol. 245. usque 256.

Item, in indice primæ partis pro sacris Concionibus adducit indicem pro festivitate Conceptionis Virginis MARIAE.

Item, in tabula secundæ partis pro festivitatibus Sanctorum, pro Conceptione Domine. infra indicem concionatorum, ubi plura citat pro Immaculatæ Virginis Conceptione. Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1606. in fol.

PETRUS de la Vega, Ordinis Sancti Hieronymi Hispanus, in libro de Vita Dei Genitricis, semperque Virginis MARIAE ex Evangelica narratione, atque Sanctorum Patrum scriptis contexta, cap. 2. sic ponit: De Progenie Beatissimæ Virginis MARIAE, ut habetur Matthæi 1. ac de ejus Conceptione & ortu, & quomodo ab omni peccato fuit libera, & ab originali præservata. Quod tractat latè per decem §§. à fol. 5. usque 10.

Item, in Oratione five gratiarum actione, inquit: MARIA Virgo suavis atque speciosa, ex regia stirpe concepta, que immunis ab omni peccato & ab originali labe præservata, ante sancta, quam nata fuit, &c. Lib. impress. Casaraugustæ, anno 1534. in fol. Habet etiam in principio imaginem Immaculatæ Conceptionis.

Item, in Chronico Fratrum Hieronymitani Ordinis Latino, lib. 1. cap. 11. fol. 11. loquens de quibusdam Fratribus, inquit: Apparuit illis ipsa Virgo MARIA ex Cœnobio suo egredientibus, mandansque stabilitatem in Ordine, dixit incrementa Monasteriorum ac Religionis suæ etiam servitutis in brevi se visuros. Quod ejus meritis in præsentiarum cernimus esse completum. Nec tamen hoc de albo colore in honorem sanctissimæ Virginis ab intentione Divi Patris Hieronymi est alienum: cum ipse candida veste uteretur in sacris, ut ostenditur hodie Romæ, &c. Lib. impress. Compluti 1639. in folio. Eadem ferè verba invenies in Chronicon Hispanico ejusdem Ordinis libro 1. cap. 11. ad finem. Impress. Compluti 1539. etiam in folio.

PETRUS de Velasco, Clericus Hispalensis, atque Curialis Sacelli Fundator, Dei Opt. Max. erga se munificentia, in honorem Conceptionis Virginis MARIAE, haud immemor dicavit anno salutis humanæ 1541. Ita ad litteram extat in marmore pulcherrimo in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum de Urbe juxta portam, vel ad ingressum Naonæ.

PETRUS

PETRUS Venetus, Ordinis Prædicatorum Hispanus, ultimò subscripsit Epistolam missæ summo Pontifici ab octo Patribus suæ Religionis pro Immaculata Virginis Conceptione quam adducit P. Joannes Euseb. Nieremb. lib. Exception. cap. 24. folio 414. Vide verb. Ludovicus de Aliaga.

PETRUS Venerus, Ordinis S. Augustini Italus, de Conceptione B. Virginis MARIÆ Librum unum.

PETRUS de Verona, Martyr ac Sanctus Ordinis Prædicatorum, sententiam de Immaculata Virginis Conceptione tenuit, ut videre est apud Joannem Euseb. in libro Exception. cap. 23. folio 351.

PETRUS de Victoria, natione Hispanus & Doctor Theologus, scripsit duplicem Apologiam pro Immaculata Conceptione, quarum prima sic habet pro titulo: Apologia pro defensione Ecclesiæ & Immaculata Conceptionis B. MARIÆ Virginis contra Bandellum & Bandellizantes, &c. Incipit: Cum Apostolica Sedes in officio approbato, &c. & est divisa in tres partes cum appendicibus. In 1. explicat generales locutiones Sanctorum Patrum. In 2. ponuntur loca SS. PP. ficta vel falsificata à Bandello cum dilatato appendice contra Bandellizantes, quos enumerat in particulari. In 3. ostenduntur locutiones SS. PP. in particulari de B. Virgine, ejus preservationi contrarias non esse, cum appendice cuius titulus est: Propositiones à Sixto IV. in Extravagante: Grave nimis, damnata contra Libellos duos à Fratre Vincentio de Bandellis Ordinis Prædicatorum Generali compositos, & adhuc aliqua ex parte in his temporibus ab aliquibus allegata & sæpius repetita. Extat hæc Apologia manusc. apud R. P. atque literatissimum Thomam de León Societatis Jesu Granatensem, à quo notitiam accepi exorto jam Sole Veritatis.

PETRUS de Villagomez, Archiepiscopus Limentis Hispanus, anno 1654. die 5. Mensis Decembris publicavit edictum circa observationem festivitatis Immaculata Conceptionis Virginis MARIÆ sub præcepto ut vigilia junctur, &c. Extat rescriptum impress. Limæ eodem anno in folio.

Item, cum toto Clero suo fecit votum de tuenda Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ, cujus formula extat impress. ibidem in charta expansa. Vide votum.

PETRUS Villarius, Conversus Beatus Ordinis Cisterciensis, quodam tempore, tertia videlicet die post festum Sancti Nicolai à Regina Cæli, Domina Angelorum & Cisterciensis Ordinis Advocatrice speciali revelationem habuit, ei dicente: Hodie est festum meum: unde magis te præ ceteris diebus hodie laudibus instare convenit, amplioribus præconijs vacare, & sublimioribus meditationibus invigilare. Cui respondens vir Dei, ait: O dulcis Domina festum istud usque nunc ignoravi quod cum scivero, devotus peragam, & quoad vixero, memoriter recolam. Requirere igitur eo à quodam Calendarium sciente, cujus illo die festum esset, respondit quod esset festum Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ. Quo cognito, singulis annis idem festum tota alacritate devotionis celebrare studuit, in quo & Dominus ei visitatione spirituali inenarrabiles consolationes, & revelationes ostendit, &c. Vide alia in Bened. Gognon. ad annum 1292. Euseb. cap. 33. fol. 396.

PETRUS Villarroel, Ordinis Minorum Stillitanus Provincia Neapolitanæ, in libro 6. Echina-

dum Naumachiæ, in quo agit quòd Beatæ Virg. precibus de innumera Turcarum classe insignis reportatur victoria, folio 218. Quòd Virgo MARIA in alvo matris à primo crimine, & peccato Ade nullus fuit infecta venenis, &c. Lib. impress. Neapoli 1614. in 8.

PETRUS Vincentius de Marçilla, Cæsaraugustanus Ordinis S. Benedicti, in libro Decretorum sacrosancti Concilij Tridentini, &c. libro 4. cap. 3. de Peccato actuali & originali, folio 590. de Conceptione Virginis MARIÆ ac ejus festivitate declarationem. Vide ibi. Lib. impress. Salmanticæ 1613. in 4.

PETRUS Vonfantius Italus, convertit Italicè Itinerarium Terræ sanctæ Reverendi P. Fr. Antonij de Medina Hispani, in quo agit de Ecclesia, ubi concepta ac nata fuit Beata Virgo MARIA. Lib. impress. Florentiæ 1590. in 4.

PETRUS de Vos Brugensis, Ordinis Sancti Augustini, edidit Manipulum sacrum Concionum moralium, quarum quinque sic sunt prenotatæ: In festo Immaculata Conceptionis Virginis MARIÆ. Impr. Antuerpiæ 1644. Ita Hippolytus Mar. in Catal. Marian.

PETRUS de Vriese, Ordinis Minorum Theologiæ Professor Belgæ, in Conclusionibus Sacramentalibus ex Doctore Subtili Scoto publicè habitis die 11. Octobris 1661. in fine sic posuit: Ad majorem Dei, Despare Virginis Immaculatae conceptæ, ac S. P. N. Francisci gloriam. Fuerunt impressæ Lovanij eodem anno in 4.

Item, in Theibus de Sacramentis, Sacrificijs & Sacramentalibus habitis Bruxellis die 13. Maij hæc defendit: Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione Pontificum Decretis & Ecclesiæ auctoritate dudum roborata, indies magis fidelium devotione piè stabilitur. Fuerunt impressæ in 4.

PETRUS de Urteaga, Societatis Jesu Hispanus (in tota Bætica Concionator opinatissimus) in sermone de pompa funerali Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, in Salutatione agit de devotione ipsius ad Immaculatam, ac privilegiatam Virginis MARIÆ Conceptionem. Serm. impress. Hispani 1621. in 4.

PETRUS Usimbardius, Episcopus Aretinus Italus, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus præcepit, ut tam à sæcularibus, quàm Regularibus observetur die 8. Decembris Conceptio B. MARIÆ Virginis propter usum Civitatis. Ex libro impress. Florentiæ 1598. in 4.

PETRUS Waddingus, Societatis Jesu Waterfordiensis Hybernus, in Tractatu de Incarnatione disp. 10. dubio 8. num. 76. & 77. inquit: Quòd decreta existentia ante Incarnationem non inferunt peccatum originale in B. Virgine MARIA; & quòd decretum, quod concepit Deus de producenda Virgine MARIA, non habuit secum conjunctum decretum non dandi gratiam, sed contrarium; nempe decretum dandi gratiam in primo instanti infusionis animæ, &c. folio 440. Lib. impress. Antuerpiæ 1636. in 4.

PETRUS de Waghenaer, S. Nicolai Furnensis Canonicus & Prior, inter Miscellanea Norbertina asserit S. P. Norberum à cælorum Regina in signum Immaculatae ejus Conceptionis habitum candidum accepisse. Et pag. 140. vitæ S. Hermannii Joseph, sic ait: Veste candida Sanctissimam Dei Matrem MARIAM in signum suæ Immaculatae Conceptionis donasse S. P. Norbertum, ut R. Ordinis nostri

G g g g

n o s t r i

nostri Patres in Hispania ex antiqua asserunt traditione. Unde & apud eos in *predicte Immaculate Conceptionis honorem* erecta est Sodalitas, velut ex Bernardo à Leone in Chronico, & Oratione de S. Norberto in ejusdem Sancti Patris vita Flandrica asserit P. M. Chryostomus vander Sterre Abbas Sancti Michaëlis Antuerpiensis. Hæc habet Christophorus Godelebus tomo 3. Metropolis Salisburgensis; & ex eo Hieronymus de Ormahea Guerrero in Cantica Canticorum: S. Norbertus cum SS. Religione sua ad duo mysteria suo tempore illustranda, divinâ natus providentiâ signatur, Eucharistiæ scilicet SS. Sacramentum & *Immaculatam B. M. Conceptionem*. Hoc denotat candidissimus ac niveus habitus ab ipsa B. MARIA peculiari dono ipsi missus, quasi denotans animi niveam puritatem, quâ ad Eucharistiæ SS. Sacramentum accedere debeamus; & *niveum B. M. in sua Conceptione candorem*. Qui etiam scribitur devotissimum *Officium de Beata MARIÆ purissimâ Conceptione* quasi quoddam aureum monile conflasse, in quo hæc verba tanquam radiantes stellæ signantur: *Ave Virgo, Spiritu Sancto præservante, quæ de tanto parentis primi peccato triumphasti innocua*. Hæc sanctissima Religio in Capitulo Generali congregato anno 1305. sub Adamo Generali, piissima lege sanxit, ut omnes ipsius filii pro viribus hanc piam sententiam propugnarent & celebrarent. Ita ille,

PETRUS Wastelius Alostanus, Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, tomo 2. Vindictiarum Joannis Nepotis Sylvani (communiter Hierosolymitani dicti) fol. 609. lib. 3. art. 4. §. 4. de *Virginitate MARIÆ* impedita contra pseudo-Orosium latissimè agit. Vide ibi. Lib. impress. Bruxellis 1643. in folio.

PETRUS Wemmes, Ordinis Carmelitarum, in doctissimis Discursibus prædicabilibus extractis ex Operibus D. Pauli Aresij, discurs. 26. de B. Virgine MARIA, folio 552. Quod fuit absq. peccato originali, & à primo instanti suæ Conceptionis superavit gratiâ omnes sanctos, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1648. in 4.

PETRUS Ximenez de Cabredo, Ordinis Minorum Hispanus, in Relatione Provinciæ Burgensis agit de venerabili Matre Anna Maria de la Concepcion Civitatis Calagurritan. fol. 13. Item, de fundatione Conventus purissimæ Conceptionis Civitatis de Alpharo, folio 4. Item, de fundatione Monasterij Immaculate Conceptionis sanctissime Virginitatis Recollectarum Monialium Villæ de Agreda ibidem. Quæ relatio extat in nostra Bibliotheca. Item, de Monasterio purissimæ Conceptionis Dominæ nostræ de S. Gadea, folio 1. Item, de Monasterio purissimæ Conceptionis S. Ludovici Burgens. & Lucrui.

P. F. G. C. D. Hispanus quidam (sub istis litteris) in libro dicto: Ramillere de divinas flores para el desengaño de la vida humana, folio 225. pro Immaculata Virginitatis Conceptione, inquit:

Si ab eterno del Padre fue escogida
 En su mente ab eterno fue formada
 Ab eterno à de ser Immaculada
 La que ha sido ab eterno gloria y vida
 Ab eterno del todo esclarecida
 Ab eterno del daño preservada
 La duda ya ab eterno esta acabada
 Pues ha estado ab eterno à Dios unida.
 Mas así qual convino que negase
 San Pedro à su Señor y no creiese
 Zacarias al Angel que le hablase.
 Que incredulo Thomas tanto estubiese

Convino que así en esto alguien dudase
 Porque mas su verdad respaldase.

Deinde adducit aliam Canticionem, quæ sic incipit:
 Virgen pura azucena, lirio y valle
 Candida y limpiamente concebida, &c.

Lib. impress. Antuerpiæ 1629. in 12.
 PHILIBERTUS Harsch, Ordinis S. Augustini Gallus, in Expositione Epistolæ ad Romanos cap. 3. fol. 68. explicans illud: Omnes enim peccaverunt, inquit: *Ab hac lege excepta est MARIA*. Et infra ad Roman. 5. folio 102. ad illud: Sed non sicut delictum, ita & donum, inquit: Et ex originali dicit: Non omnes spirituali morte mortui sunt; ex quo vitio illo non sunt infecti primus parens Adam & Virgo MARIA. Nam etsi primus parens Adam infectus fuerit, non tamen in eo vitium fuit originale, sed actualis; & B. Virgo MARIA præservata est ab originali, veniali & mortali, de ea dicente Salomone in spiritu prophætico: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Parisiis 1536. in 8.

PHILIPPUS Alberti de Nussia, Ordinis Carmelitarum natione Germanus, prolixam Epistolam auctoritate & ratione firmissimis instructam contra Wigandum de purissima Conceptione Dei Genitricis semper Virginitatis MARIÆ. Sic Hippolytus Marraccius in Bibliotheca & in Catalogo ad an. 1488. & citat Sixtum & Lucium classe 6. & 9. Pistoia folio 155. Ludovicus Jacob à S. Carolo affirmat asservari manu. Coloniz apud Carmelitas.

Item, in Expositione in Cantica Canticorum, quæ incipit: Osculetur me osculo oris sui. Circa proœmium hujus libri notandum est, &c. cap. 1. affirmat Virginitatem MARIAM fuisse conceptam sine peccato originali, &c. Extat manu. in Conventu PP. Carmelitarum Coloniz in folio.

PHILIPPUS Alegambe, Bruxellensis Societatis Jesu, in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu, &c. refert Auctores qui ex sua familia scripserunt pro Immaculata Virginitatis Conceptione. Lib. impress. Antuerpiæ 1643. in fol. Vide paginam 253.

PHILIPPUS Austriacus, Hispaniarum Rex hujus nominis II. dictus Prudens, aded fuit devotus huic mysterio, ut in armatura, quâ in bello contra hostes utebatur, insculptam habuerit imaginem Immaculate Conceptionis Beatissime Virginitatis MARIÆ, &c. Ita Gonzalus de Cast. in Memor. & Marraccius in Reg. Marian. folio 220.

Item, de Philippo II. inquit Antonius Vasconcelos Societatis Jesu, fol. 368. Illud ultimò addiderim, quòd Catholici Philippi Religionem, & in Beatissimam Cœlitum Reginam Regiam pietatem omnibus satis notam ultimò prodidit. Toti Hispaniæ intemeratam Deiparæ sanctimoniam tueri aded semper cordi fuit, ut nulli unquam genti cura potior extiterit: quem à primis nacentis Ecclesiæ cunabulis quasi hereditariè à Majoribus acceptum, & innumeris almæ V. beneficij contestatum, pertinaciter semper animum retinuit. Recens igitur levi de causa, ut pie- rumque etiam in maximis rebus usu solet evenire, ea in omnium animos (cœlitus existimo) mens & pietas pervasit, ut etiam rudes, etiam pueri balbutientes & vix Christianæ fidei rudimentorum periti, & publicis sermonibus atque trivialibus cantilenis, & privatis conventibus ab omni originali macula labe purissimum Deiparæ Conceptum immuncem fuisse profectantur. Tantæ pictati non modo fa-

do favit, sed Ducem etiam se ac Patronum Rex præstitit, missis ad summum Christi Vicarium Legatis, qui suis verbis enixè obtestarentur, ut tanquam indubitatum fidei dogma id Catholicis omnibus amplectendum declararet; quod jam ex parte missis à summo Pontifice litteris, quibus oppositum populo in Concionibus proponi, aut publicis in disputationibus defendi severissime interdicitur, magna omnium lætitia & publico populorum plausu, factum gratulamur. Quæ pietatis desideria quantum communis hostis evertere conatus sit, illud mihi satis indicat, quod in Angliæ ex pestilentia cathedra, originalis labe infectam fuisse Deiparam, hoc ipso tempore promulgavit. Adeo Catholicæ Regis animus vel in ijs, quæ indubitata adhuc apud plurimos non statuuntur, in pietatem & Sanctissimæ Virginis obsequium propendet. Et ne in pietati Religio cedere videatur, sedulo à Pontifice impetrare nititur, ut nulli Catholico hac in re summæ Dei Parentis puritati, & absolutissimæ sanctimonie detrachere, integrum aut liberum sit. Lib. impress. Antuerpiæ 1621. in 4. regali.

PHILIPPUS de Austria III. Hispan. Rex, inter suos prædecessores, qui purissimam Conceptionem Domine nostræ Virginis MARIE maximo coluerunt affectu, palmam tulit, ac maximo fervore ac animi devotione veneratus est. Ita Philippus IV. ejus filius & Rex noster in Epistola ad Gregorium XV. Pontif. Maximum, data 10. Novembris, anno 1628. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 10. adnot. 1. folio 374.

Item, præclarum ejus devotionis apud illustrissimam D. Joannam de Perneftan Ducissam de Valle-Hermosa extat testimonium, quod vidit & summa inspexit devotione R. P. Laurentius Aponte: à tergo enim sanctissimæ imaginis Conceptionis à piissimò Rege illi præstita manu ipsius hæc reperuntur obsignata verba: Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpe fuit. Subdidit Aponte inclytum Regem non contentum hæc regia manu scripsisse, insuper his subscribere voluisse Regio nomine sic adscripto: Philippus S. id est, ut Aponte interpretatur: Philippus Servus, vel (ut ego existimo) voluit dicere aliquid amplius, scilicet: Philippus Mancipium. Sic enim scribitur Hispanicè Philippo Esclavo, per solum S. ut sic denotaret piissimus Rex se Mancipium esse Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE. Vide allegatum Patrem Laurentium Aponte, libro 6. ad Sapientia cap. 1. n. 4. digest. 2. Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 2. adnot. 4. num. 1. fol. 381.

Item, pro mysterio Conceptionis Virginis MARIE hæc protulit piissimus Rex verba cedro & æternitate digna: Si necessario omnino putarem me Romæ adesse, & ad pedes Sanctissimi Patris nostri provolvi, ut pro Virginis originali justitia extremam sententiam ferre, & causam istam per Spiritus Sancti assistentiam definire, ac determinare vellet, quam primùm fieri posset, aliis quibuscumque rebus posthabitis & omnibus superioribus difficultatibus Romam contenderem, & Sanctissimo Patri memet silterem. Vide Joannem Antonium Velazquez ubi supra.

Item, scripsit Epistolam ad omnes Prælatos, Ar-

chiepiscopos, Capitula, Consistoria, Universitates, Religiones, Civitates, & ad omnia Castellæ & Legionis Regna in Curia congregata, expeditam Martii die 17. Maij, anno 1617. in qua singularia hæc verba protulit: Tandiu bene nostis, quanto ego ardore exoptem, ut Romanus Pontifex mysterium purissimæ Conceptionis diffiniat. Et post nonnulla subiicit: Et quamvis per litteras semel & iterum datas Sanctitatem suam certiozem reddiderim de vehementi desiderio, quo Regna mea illud diffinitum videre cupiant, erit tamen operæ pretium ad permovendum Pontificium animum, ut ipsi omni via atque ratione notum sit, esse hoc commune Hispaniæ gentis votum. Quamobrem à vobis obnixius peto, ut Sanctitati suæ, quid vos, quid subditi itidem vestri hæc de re sentiant, planum faciatis, atque etiam obtestemini, nihil his Regnis graviori jucundiusque futurum, quàm audire cæli Regine Immaculatam Conceptionem ad fidei dogmata pertinere; ut videlicet generalis hæc populorum acclamatio Pontificem ad maturandum diffinitionis negotium urgeat.

Item, scripsit ad Academiam Salmanticensem aliam Epistolam datam 16. Julij, anno 1618. in qua approbat juramentum prædictæ Universitatis sequentibus piissimis verbis: Cum ijs meis litteris alias simul accipietis in approbationem & confirmationem instituti à vobis decreti, ut omnes qui in ea Universitate gradum cujuscumque Facultatis acceperint, prius iure jurando præstito obtestentur se in posterum defensuros, docturos & prædicaturos puram & illibatam fuisse Conceptionem Domine nostræ absq; ulla originalis peccati macula conceptæ. Et verò jam, tam ob hanc tam apertam animi nostri significationem, quàm ob studiosum vestri omnium affectum omnino fore confido, ut negotium illud tanta à vobis solemnitate & firmitudine perficiatur, quantam & rei magnitudo exposcit, & tam sapiens & nobilis Schola pro sua dexteritate omnia novit opportunè disponere. Vide Joannem Antonium Velazquez ubi supra: item, Armæ eum observatione ibi facta à columna 306. usque 314.

Item, scripsit aliam ad Sanctitatem Pauli V. die 10. Octobris anni 1616. circa expeditionem mysterij purissimæ Conceptionis Domine nostræ. Item, ad eundem aliam die 13. Martij 1617. pro eadem purissimæ Conceptione. Item, die 24. Octobris ejusdem anni 1617. pro eadem purissimæ Conceptione ac determinatione mysterij. Item, eadem die 24. Octobris anni 1618. scripsit aliam circa mysterium ejusdem purissimæ Conceptionis. Item, die 4. Octobris anni 1616. alteram ad Cardinalem Hispalensem, ut ageret cum sua Sanctitate circa pertinentia ad purissimam Conceptionem Domine nostræ. Item, die 26. Octobris 1617. ad Cardinalem Burghesium circa purissimam Conceptionem Virginis Domine nostræ. Item, ad eundem Cardinalem alteram die 9. Octob. anni 1618. circa declarationem mysterij purissimæ Conceptionis Domine nostræ. Item, die 24. Octo. 1617. scripsit ad omnes Cardinales pro negotio purissimæ Conceptionis Domine nostræ. Item, die 22. Octo. anni 1617. ad Cardinalem de Borgia circa resolutionem assumptam à Summo Pontifice pro mysterio purissimæ Conceptionis Domine nostræ. Item, ad Cardinalem Gallum alteram dat. die 9. Octo. anni 1618. circa declarationem mysterij purissimæ Conceptionis Domine nostræ. Item, ad Cardinalem de Trejo eodem die & an-

Gggg 2

circa

circa eandem declarationem *mysterij purissime Conceptionis*. Item, eodem die ac anno ad Cardinalem de Araceli Dominicanum descendentem è domo & sanguine S. Thomæ Aquinatis, ut foveret declarationem *mysterij purissime Conceptionis coram Sanctissimo*. Item, ad Cardinalem de Borja eodem anno, die verò 24. Septembris circa declarationem *mysterij purissime Conceptionis*. Item, die 27. Junij anni 1617. ad Ducem Alburquerque circa declarationem *mysterij purissime Conceptionis Domine nostræ sine macula peccati originalis conceptæ*. Item, die 4. Octobris an. 1616. ad Archiepiscopum Hispalensem circa prædictum *mysterium Conceptionis*. Item, eodem die & anno ad Decanum & Capitulum ejusdem Civitatis Hispalensis commendans opinionem ac devotionem *purissime Conceptionis*, ac illis reddens gratias.

Item, die 24. Septembris 1618. Duci de Osuna, ut faceret instantiam coram Papa circa declarationem *mysterij purissime Conceptionis*.

Item, Comiti de Oñate die 17. Septembris anni 1618. circa declarationem *mysterij purissime Conceptionis*. Item, ad eundem aliam pro eadem *purissime Conceptione*.

Item, die 29. Junij 1617. ad Magistrum Patrem Placidum, reddens illi gratias pro diligentia adhibita circa declarationem *mysterij purissime Conceptionis*, in qua suam patefacit devotionem erga prædictum *mysterium*.

Item, die 7. Maij anni 1617. ad D. Henricum de Guzman hujus causæ Agentem in Curia, gratias ei reddens, atque commendans zelum ipsius *pro Immaculata Virginis Conceptione tuenda*.

Item, ad Archidiaconum Hispalensem die 4. Octobris anni 1616. pro zelo & devotione ipsius *ad purissimam Virginis Conceptionem*.

Item, ad Præbendarios Hispalenses Dominum Matthæum Vazquez, & Dominum Bernardum de Toro Agentes pro hac causa in Romana Curia die 24. Octobris anni 1617. circa Decretum emanatum à Sanctitate Pauli V. *pro Conceptione Domine nostræ*.

Item, ad D. Joannem Vivàs Oratorem seu Embasciatorem Januensem die 24. Octobris anni 1618. ut instaret coram Sanctissimo *pro mysterio purissime Conceptionis*.

Item, ad Episcopum Carthaginensem die 10. Januarii 1619. ut instaret coram Sanctissimo *pro definitione mysterij Conceptionis*, liquidem Decretum non sedarat animos aliquorum, imò aliqua scandala exorta fuerant: pro cuius rei confirmatione remisit Rex sermones tres in diversis civitatibus prædicatos contra Decretum suæ Sanctitatis, &c.

Item, die 31. Augusti anni 1619. ad Juratos civitatis Cæsaraugustanæ circa votum emissum ab ipsa civitate in Capella Domine nostræ del Pilar, pro defensione *limpidissima & puræ Conceptionis Virginis Sanctissime Matris Dei*.

Item, ad Archiepiscopum D. Petrum Gonzalez de Mendoza die 31. Augusti 1619. circa prædictum *mysterium purissime Conceptionis absq; peccato originali Domine nostræ Virginis Mariæ*.

Item, ad Universitatem Salmanticensem die 12. Julii 1618. reddens illi gratias pro pietate & devotione ostensa in voto emittendo *circa purissimam Conceptionem Virginis Mariæ*, quam Deus elegit & præservavit à peccato originali, &c. Ad eandem Universitatem die 27. Julij 1618. circa qualifica-

tionem opinionis, quòd *Domina nostra fuit libera à peccato originali*.

Ad Universitatem Baëzanam seu Biacensem die 14. Octobris 1619. circa *mysterium Conceptionis* & ejus definitionem.

Item, expedivit Decretum per Gregorium de Tovar Secretarium, ut Reverendissimus P. Franciscus de Sosa iret Romam pro negotio *puræ & Immaculæ Conceptionis*.

Item, hortatu atque jussu prædicti Regis scripserunt ad Sanctam Sedem Apostolicam pro definitione *mysterij Immac. Conceptionis Virginis Mariæ* Serenissima Franciæ Regina, Regnum Castellæ, Aragoniæ Regnum in Comitibus, Regnum Portugaliæ semel & iterum, D. D. Margarita de Austria, Archiepiscopus Hispalensis cum Episcopis Suffraganeis, Archiepiscopus Toletanus cum suis, Compostellanus, Granatenis, Vallisoletanus, Cöchenlis, Uxomentis, Dux de Lerma, Universitates: Salmanticensis, Complutensis, Vallisoletana, Hispalensis, Compostellana, Granatenis, Segunina, Ossunæ, & aliæ quàm plurimæ. Scripserunt etiam omnes Prælati & Superiores Religionum, nec non Patres Dominicani Regis & Principum Confessores, ut habetur in codice manuscripto, qui extat in Archivo Matritensi, à fol. 30. à quo hanc succinctam relationem extraximus, & eam posuimus in nostri Armament. Seraph. Reg. col. 314.

Item, ejus mandato edita est reformatio ultima Universitatis Complutensis primò per D. Didacum Fernandez de Alarcón, secundò per Petrum de Tapia Consiliarios Regis; in qua fol. 35. titulo 35. num. 17. præcipitur ut Oppositores non sumant puncta *in die Conceptionis Virginis Mariæ*, &c. Et titulo 36. fol. 41. à tergo ad diem 8. Decembris numeratur *Conceptio Virginis Mariæ inter festivitates Academiae*, &c. Lib. impress. Compluti 1615. in fol. subscript. ab ipsomet Rege folio 128.

P H I L I P P U S de Austria IV. Hispaniarum Rex atque Indiarum Monarcha, eodem anno quo inauguratus est Rex, ut columnas pietatis, quas gloriosi Reges sui antecessores *de Immaculata V. Concept. supposuerunt*, ut novus Alcides, plus ultra ad novum orbem sine ordinem transportaret, scripsit ad Gregorium XV. Pontif. Max. Epistolam datam Matriti 10. Novembris anni 1621. in qua sunt hæc verba: Horum Hispaniæ Regnorum Reges prædecessores mei magno colebant affectu *purissimam Conceptionem Domine N. Virginis Mariæ* sed præcipuè Rex, Pater & Dominus meus magno fervore eandem veneratus est. Instillara etiã mihi à progenitoribus peculiaris hujus sacri mysterij & sanctæ festivitatis devotio, quam V. S. propalandam duxi, humiliter deprecans, ut felici vestræ Sanctitatis Pontificatu id curare dignetur, ut exaltetur & extendatur in populo Christiano hæc pietas in Virginem, &c. Vide Armament. Seraph. in Reg. col. 314. & Velazquez lib. 4. de MARIÆ Immaculatè concepta disert. 10. adnot. 5.

Item, disposuit atque fecit, ut sua Serenissima conjux Elisabetha Hispaniarum Regina, atque Infans Cardinalis ejus frater verè germanus, atq; Serenissima Margarita Austriaca scriberent Sanctissimo Pontifici Gregorio XV. *pro definitione mysterij Immaculæ Conceptionis*, ut videre est in Auctoribus supra citatis.

Item, anno sequenti prædictus Papa Gregorius XV. promulgavit Decretum in sacra Congregatione

tione supremæ Inquisitionis, ut abolito & obtriso vocabulo Sanctificationis, in Missa & officio divino solum vox Conceptionis ab omnibus retineretur. Scripsitque Rex Epistolam gratulatoriam ad eundem Summum Pontificem datam 14. Julii 1622. ut videre est in Auctoribus supra citatis.

Item, scripsit ad Ducem de Alburquerque tres alias Epistolas pro eodem mysterio Immaculatae Conceptionis, quarum exemplaria extant apud Lucam Waddingum in Legat. de Concep. folio 434. & nos de ipsis mentionem fecimus in Reg. Armam. col. 319.

Item, anno 1635. in Regio Maritensi Discalceatarum Conventu festivitatem Immaculatae Conceptionis cum octava quotannis celebrandam lauta largitione docuit. Vide institutionem inelytam hujus memoriae cum aliis circumstantiis, & quomodo auctoritate Apostolica fuit approbata, in Regest. Armament. nostri Seraph. à col. 319. & in Velazquez folio 383. num. 4.

Item, translato ad meliorem vitam Gregorio XV. apud Urbanum VIII. per suos Legatos novam adhibuit diligentiam atque preces, pro ultima diffinitione immunitatis Deiparæ; vel saltem, ut in Regnis sibi subiectis recitaretur officium Immaculatae Conceptionis concessum Fratribus Minoribus, ut ipsimet Adversarii fatentur in Libello dato Eminentiſſimis Cardinalibus; & in alio rescripto, quod extat in Biblioth. D. D. Card. Barberini Italice conscripto.

Item, quando emanavit Decretum Sanctissimæ Inquisitionis circa titulum Immaculatae Conceptionis, nec legitime nec juridicè publicatum, omnem adhibuit diligentiam, ut revocaretur, quod in Communiſſimis Generalibus sui Regni constanter & servidè proposuit, fecitque decretum, in quo extant verba illa, quæ erant sæculorum prodigium, videlicet: Et si causæ hujus dissensio mei ipsius Romam profecti, & sollicitatoris officio fungentis industriâ obsoveretur; confestim summa alacritate iter ingrederer, meque felicissimum judicarem, si hac ratione tale Dominæ nostræ obsequium exhiberetur. Hactenus Rex Catholicus.

Item, pro hoc negotio misit ad Curiam Romanam R. P. Gundisalvum Castilla Societatis Jæta, qui finitâ controversiâ in sancta Congregatione Inquisitionis, feliciter obiit in Roman. Curia.

Item, scripsit D. D. Petro de Urbina Archiepiscopo Valentino & Legato extraordinario ad Curiam Romanam pro terminanda diffinitione mysterii Immaculatae Conceptionis litteras tenoris sequentis: Muy R. en Christo Padre Arzobispo de Valencia, del mi Consejo. A se visto vuestra carta de doce de Noviembre pasado en que os escusais de la jornada que os è encargado que hagais à Roma con titulo de Embaxador extraordinario, para adelantar el sagrado mysterio de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Señora nuestra quanto sea posible; y habiendo mandado considerat con la atencion que es justo las razones que poneis, que se reducen à dos; la obligacion y necesidad de vuestra asistencia al gobierno de esta Iglesia y Dioçesis, y vuestra edad y achaques. Apreciado que la primera no à lugar en esta causa; y estando presente. Y la segunda podeis esperar en la proteccion de la Virgen Santissima, à cuiò servicio y gloria vais à tratar, que no os impidira, y de qualquier manera os sera muy meritorio sacri-

ficaros à causa tan santa, tan de vuestra devocion y del habito que haveis profesado. Y todo lo entenderis mas largamente por lo que se contiene en una consulta que se me à echo, de que he mandado se os imbie copia, y por la carta que con mi aprobacion os escribe el Cardenal de Toledo en su nombre, y de la junta de la Immaculada Concepcion, que se tiene por mi orden en su presencia, y sala. Y aunque espero de vuestra prudencia, y obligaciones, y maior bien de la Iglesia, y servicio de nuestra Señora y mio, que facilmente os reduciran las razones que se juntan à executar jornada tan autorizada y de tan santos fines, maiormente con lo que os declara cerca de lo que haveis de tratar en Roma, y motivos que he tenido de imbiaros, lo que considerado todo, è resuelto responderos es; que no obstantes las escusas, y causas dellas; os ruego, encargo, y mando expressamente, que sin ninguna replica, ni dificultad os resolvais à hacer esta jornada disponiendolos à ella quanto antes sea posible, y alli es mi determinada y resuelta voluntad, en que no os admitire escusa alguna. Y aunque se à juzgado que sera conveniente vinièdes antes à Madrid y os hallasedes en la junta para ir enteramente informado por haverse reconocido en ella, quanto sea encaminado, y dispuesto en cinco juntas que se han tenido desde el año de seiscientos y diez y seis de los sujetos mas aprobados de sus tiempos, y gran copia de escritos de mano deste punto, toda via por escusaros maiores gastos, y ganar el tiempo que sea posible podreis escusar esta venida (si à vos no os parece otra cosa, que en esto me remito à vuestra eleccion) y la junta os encaminara tales noticias, que sobre las vuestras, y letras, y doctrina que os asisten basten cumplidamente al intento, y alli se ira continuando hasta conseguir el efecto que se desea; y podeis aleguraros, que estimo, y deseo de manera este santo negocio, que no me podreis hacer jamas tan agradable servicio como este. Ni yo puedo encargar à Prelado de mis Reynos, empleo en que declare mas mi confianza de su doctrina, devocion, y zelo del bien de la Iglesia, y beneficio de mi Monarchia, à mas del servicio grande que haceis à la Virgen Santissima, y à su precioso Hijo, de quien podreis esperar tan grande premio, como vos podeis tener muy bien entendido. De Madrid à doce de Diciembre de 1652. De la real mano de su Magestad lo que se sigue: Ningun servicio me podeis hacer maior, pues el empleo es tal, que no dudara de ir yo en persona, aunque me hallara en mas edad que la vuestra. Yo el Rey. P. Coloma.

Item, præcepit Reverendissimo Patri Joanni de Palma tunc Commissario Generali Cismontano, ut Religio Seraphica scriberet pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis, quidquid actum erat à principio exortat controversiæ usque ad annum 1648. & prædictus Pater selegit quatuor Patres, quorum ego minimus fui; qui scripserunt Armentarium Seraphicum apud doctos celebratissimum, Rex que noster ipsum vocabat & vocat Librum suum.

Item, approbavit votum Mestæ & Cabañæ Regalis circa defensionem mysterii Immaculatae Conceptionis, ut videre est in ejus voto fol. 15. Impress. 1654.

Item, misit Legatum ad S. S. D. D. Alexandrum VII. Pontif. Max. Episcopum Placentinum pro obtr-

G g g g 3 nenda

nenda Bulla, quam postea obtinuit anno 1661. & incipit: Sollicitudo omnium, &c.

Item, post expeditionem Bullæ Alexandri VII. de qua supra, dedit sequens decretum: Decreto de su Magestad para su Confessor el Maestro Fr. Juan Martínez. He entendido, que el Maestro Lezana Provincial de la Orden de Santo Domingo en la Corona de Aragon, ha prohibido a los Religiosos de los Conventos della, el decir al principio de los Sermones: *Alabado sea el Santissimo Sacramento, y la Purissima Concepcion de nuestra Señora, &c.* aunque han acostumbrado hazerlo por lo pasado, permitiendose soloamente en los dias de la Concepcion, y predicando fuera de los Conventos de su Orden, añadiendo algunas razones, que todo podria ocasionar escandalo, si se llegalle à entender, y à reparar en el pueblo, como es tan verosimil, mayormente en ocasion de aver llegado el nuevo Breve de su Santidad, tan favorable sobre este misterio; para cuyo remedio he mandado se encargue a los Prelados y Superiores ordenen a sus subditos, que en los Sermones usen antes de començarlos, lo que se ha hecho costumbre universal de dezir, que sea *Alabado el Santissimo Sacramento, y la Virgen concebida sin pecado original, en el primer instante de su ser*, previniendoles, que si lo dexaren de hazer, se procedera contra ellos por los remedios proporcionados. Y porque espero que por vuestra mano se facilitará mucho la execucion, os ordeno encargueis con aprieto al Provincial de Aragon, y tambien al de Casilla (que tengo noticia aver hecho la misma prohibicion à sus subditos, y aunque no la aya hecho) hagan que se observe puntualmente por la parte que les toca; pues demas de que me sera muy grato, es tan conveniente para esculsar los embarazos que resultarian de lo contrario. Madrid, y 10. de Abril de 1662. Vide Responsonem R.P. Joannis Everardi Nidhardi ad Memoriale P. Fratris Joannis Martínez de Prado; & librum: *Exercito Australi*; ubi datur ad litteram.

Item, instituit & de novo erexit Consilium speciale in Aula Regia ad determinanda omnia, quæ pertinent vel respiciunt hanc materiam *Immaculatæ Conceptionis Virginis*. Quod quidem Consilium constat tredecim viris tam Prælati, Consiliarijs, quam Religiosis gravioribus Regnorum ejus. Iple tamen est quasi hujus Consilij præses, taliter quod nihil eo inficio in hac determinetur materia.

Item, expedit plures alias Epistolas ad Prægem Aragoniæ, & alios; quas brevitatibus causâ non ponimus hic.

PHILIPPUS de Ayala, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Librum de Immaculata Conceptione, sub hoc titulo: *Caso mayor y punto de consciencia acerca como se à de predicar, tratar, y hablar en publico en estos nuestros tiempos de la purissima Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora, &c.* Impress. Toleti 1616. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis; & habet 58. 20.

Item, ibidem Sermonem de purissima Conceptione Virginis *MARIÆ Domina nostra, concepta absq. peccato originali, &c.* incipit: *Muy aguda, extatque à fol. 57. usque 76.*

PHILIPPUS de Bagnacaballo, Ordinis Minorum Italus, in 3. Sent. recognovit Quæstionem

de Immaculata Virginis Conceptione Joannis Dominici Scoti. Impress. Venetijs in folio.

PHILIPPUS Barragius vel Vorradius, Ordinis Minorum Gallus, in lib. de Floribus sacre Theologia, sic dicit: *Christi Matrem & Virginem potuisse manere per tempus in peccato, & etiam per unum solum instans; non dubito. Et etiam potuit fieri, quod esset preservata. Et quoniam hoc ultimum potuit & decuit, scilicet ipsam nunquam fuisse in peccato, hoc voluit & fecit Deus, cum auctoritati Ecclesiæ & fidei non repugnet, & excellentiæ Virginis conveniat. Hoc tamen fuit ex speciali gratia & singulari privilegio, nulli alteri creaturæ per rationem seminalem propagatæ concessio. Et ponit distinctionem unam. Impress. Mediolani, anno 1508. in 4.*

PHILIPPUS de Berlaymont, Societatis Jesu Belga, in lib. *Paradisus puerorum*, in quo primariè honestatis totiusque pueritiæ rectè informatæ reperiuntur exempla, &c. part. 1. cap. 2. fol. 12. §. 6. de *MARIA Deipara*; agit latè de Conceptione Immaculata Virginis *MARIÆ*, & concludit sic: *Quid enim sibi volunt anniversariæ Conceptionis feriæ apud Græcos ante annos mille celebrari cœptæ; in Romanæ Ecclesiæ multis partibus, annis abhinc quingentis? iamque est festæ hujus lucis religio apud omnes Christianos ducentorum annorum corroborata vetustate: idque ex revelatione divina, ut putatur, S. Birgitæ & alijs facta: quod admittit Bonaventura, nec rejicit Bernardus, ut constat ex ejus exemplis. Imò Sixtus IV. vocat Conceptionem puram & Immaculatam: imensos quoque Ecclesiæ thesauros aperit hoc piè credentibus, & colentibus. Alexander verò VI. Julius II. Leo X. Ordinem religiosum in honorem Immaculatæ Conceptionis institutum confirmarunt. Denique in Academia Parisiensi, Valentina, & nonnullis alijs nulli ad sacra Theol. fastigium ascensus datur, qui prius non juraverit nunquam se hanc assertionem oppugnaturum, &c. Et profequitur probando rationibus immunitatem Virginis *MARIÆ*. Lib. impress. Duaci 1618. & Colonia 1619. in 8.*

PHILIPPUS Bernal, Ordinis Præmonstratensis Hispanus, scripsit sententiam D. Thomæ in favorem *Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Dei Genitricis MARIÆ*, discursib. 22. Burgis 1613. in 4. Est liber integer.

PHILIPPUS Bernardus del Castillo, Poëta Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: *Centuria de la Limpia Concepcion de nuestra Señora* fundada en cinco lugares communes de la sagrada Scriptura. Lib. impress. Matrili 1619. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Circumfertur etiam cum libro *Dominæ nostræ de los Remedios* edito à Francisco del Castillo.

PHILIPPUS Beroaldus, Bononiensis, in Pæ 2. ne de Beata Virgine ex Francis Petrarçæ Poëmate vernaculo in Latinum converso, inquit:

*Q sine labe nitens, pænitus sinceraque Virgo
Atque tui Nati soboles Genitrixque decori,*

Que das terrestri lucem vita atque superna.

Extat ad finem ejus Operum impress. Brixiz 1497. in 4.

PHILIPPUS Bonæ spei, Abbas Ordinis Præmonstratensis, in diversis locis suorum Operum, præcipuè in Cantie. Canticorum sequentia habet ad litteram. Primò ergo ad illud: *Trahere nos post te curremus in odorem unguentorum tuorum*, inquit:

inquit: Quis autem vel invenitur paratior ad trahendum, vel agilior redditur ad currendum, quam Virgo, cuius caro à peccati est profusus onere levigata, tractaque lævigante Deo, trahenti mirabiliter adunata? Sic verò tracta Virgo, quod nulli alteri novit datum, jam currit, jam proficit, jam tendit festina ejus ad optatum docens, educens adolescentulas ad perfectum; licet nulla quantumvis agilis parem veniat ad profectum; folio 113. Item, ad illud: Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c. Quæ est ista (inquiunt) cui virginalis fecunditas, vel fecunda virginitas est concessa, cunctis retro sæculis tam Angelis quam hominibus inaccessa, quæ vivens in corpore mortis necessitatibus obvoluto, vitam vitæ obnoxiam cursum peragravit impolluto; folio 203. Et ad marginem habet: Virgo nunquam peccavit. Item, ad illud: Pessulum ostij mei aperui, &c. Incedit & extendit suave desiderium æstuantis, æstuantem provocat, spondet præsentiam provocantis; & cum prærens jam putatur, inter venas tenerius amplectens avidas manus fugit, subtrahitur faucibus imbitantis. Fugit (inquam) Virginem non offensa culpabilis; sed corruptibili carne pressam, & ab ejus oculis avertit faciem neque rem auferens, sed magis differens spem reddit, indefessam fidem illius firmat lucem habiturus inaccessam, folio 245. Et ad marginem habet: Beata V. sine peccato. Item, ad illud: Sub arbore malo suscitavi te: De ligno igitur ad lignum electam Virginem transportavit, cum educam à culpa ad marginem culmen gratiæ sublimavit, cum à navelo liberam paternæ & hereditariæ læsionis ad fidem & amorem futuræ suæ transtulit passionis, fol. 279. Et ad marginem habet: Beata Virgoeducta de peccato originis. Omnia hæc invenies in lib. impress. Duaci 1621. in folio. Hoc ultimo loco existimat Theophilus Raynaudus, quod Philippus Abbas sustinuerit Virginem fuisse conceptam cum peccato originali; sed immerito: nam educi à culpa, non est habere culpam; & liberari à navelo paternæ & hereditariæ læsionis, non est habere paternam & hereditariam læsionem.

Item, ad illud: Una est Matris suæ electa Genitrici suæ, aliqua dicit Philippus, quæ pro corroboracione immunitatis Virginis MARIÆ in sua Conceptione adducit P. Velazquez folio 68.

Item, ad illud: Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani, sic inquit: Ex his lignis afferunt locales ferculum fabricari, ut rectè videatur opus commendari à materia; quia sanctitas Virginis ex Christi virtutibus est compacta, & ad nostros profectus in omnium mensam redacta est. Quam quia potens Salomon ex forti & imputribili materia sic compegit, non sensit vermiculum, non eduxit illa cariem sed abegit. Vide Velazquez fol. 74.

Item, ad illa verba: Vadam ad montem myrrha, inquit: Vadam ad Virginem, quæ altitudinem montis myrrha mirabiliter jam usurpat, cuius carnem integram nativa sanies non deturpat, &c. Nativa sanies fuit, & est peccatum originale.

Item, cap. 16. in Cantica: Ipsa enim Virgo in Scripturis ab hoc virga (ut arbitror) appellatur, cum in eis figuratur sermone mystico, ut virgæ nomine intelligatur non solum florida Virginis pulchritudo; sed & ejus munda rectitudo, &c. Virgo de virga fuit MARIA à primo suæ Conceptionis instanti fecunda & munda, pulchra & recta. Sicut

ergo in nullo fuit læsa ipsius fecunda & pulchra Virginitas, in nullo exitit coinquinata ejus munda & recta Conceptio. Item, ad illa verba: Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, sic inquit: Probatissima est, quæ omnibus vitæ aditum profusus negat, quæ versutias hostium oblerato mentis ostio sic relegat, ut non solum non permittat conceptam duci nequitiam ad effectum, sed profectu fortiore jam nec laxet januam in Conceptum, &c. Notanda hæc ultima verba pro præservacione Virginis à peccato. Lib. impress. Duaci 1611. Hæc omnia retuli, quamvis liber sit communis, quia hic Auctor in alijs locis videtur non solum tribuere Virgini peccatum originale, sed etiam actuale. Vide Joannem Eusebium in libro Exception. in Appendice speciali à folio 474. & Velazquez folio 73.

PHILIPPUS Boskchierus Cæsarimontanus, Ordinis Minorum Flander, in libro: Legatus Apostolicus, sive, Conciones de Sancto Joanne Baptista, concion. 2. fol. 28. Quod Conceptio virginis MARIÆ fuit prænuntiata ab Angelo. Impress. Colonia 1612.

Item, in Tabula Naufragij, in Concione de festo Annuntiationis Virginis MARIÆ §. 3. folio 711. inquit: Omnes nascimur filij iræ, nascimur (inquam) omnes tales, vel nativitate ex utero, ut nos turba; vel nativitate in utero, ut parvuli Hieremias & Baptista; sed MARIÆ neutra nativitate filia iræ, fuit absque originali concepta. Hæc Sorbona sententia, totius Ordinis Minorum, ac Jesuitarum quoque, &c. Alia habet in hoc sermone pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali ex Petro Galatino. Tu ibi lege à folio 708. usque 722. Lib. impress. Colonia 1631. in fol. Et serm. de Purificatione folio 668. Et Ecce MARIÆ aut purissime concepta, aut nimirum mox à Conceptu purgata. Et in festo Assumptionis fol. 848. asserit Quod immunitas fuit à quocumque peccato.

Item, tomo 1. super Magnificat, folio 1312. concione 1. parte 2. inquit: Ut nuncupari possit Sancta Sanctorum; adeo elegantem, ut pulchritudinem omnem cœlorum antecellat; adeo mundam, ut nunquam illic atomus, aut pulvisculus ullus tenuissimus peccati cuiuscumque inventus sit, &c. Et ibidem, concione 4. fol. 1332. Quod fuit præservata à culpa originali, munda & Immaculata, &c. late & pulchre probat. Lib. impress. 1621. in fol.

PHILIPPUS Bresa Hispanus, in Conclusionibus habitis sub præsidio D. Ludovici Crespiæ Borja, hæc habet: Superam ancillam, & sic nunquã dæmonis turpe sufferentem jugum, nec tetro culpæ irretitam laqueo; eburneum collum baccatis monilibus, pulchris redimiculis & torque aureo pronæ cervicæ insignitum, cœlestem Argon; & credemus stygijs absorptam verticibus, illidèdam scopulis, labisque nexibus penetrabilem? Polarem Arcton; & putemus sulfugini communis macule immerfam, involutam, naufragam? Si gratiã plenam, non communi majori plenitudine refertam & largioris Spiritus imbre superfusam, &c. colubino irradiatam obtutu, fomitis insultu dæmonisq; eliminantem, &c. Pusilli ductricem gregis, nec ideo per occulta machinamenta lupinis faucibus, &c. Te (inquam) sanctissimam MARIAM hereditariæ expertem noxæ invocat, &c. Fuerunt prædictæ Conclusiones impressæ Valentie in charta expansa anno Domini 1646.

PHILIPPUS Cagliola, Ordinis Minorum Italus,

lus, scripsit defensionem *Immaculate Conceptionis* Messanæ 1643. in 4.

PHILIPPUS de Cartagena Gallus, in libro dicto: *La Couronne sainte*, fol. 52. agit de *Immaculata Virginis Conceptione*, & ejus à peccato originali preservatione. Impress. Parisijs 1631.

PHILIPPUS Christophorus Germanus, & Archiepiscopus Trevirensis Romani Imperij Princeps, de *Conceptione Beatissime Virginis MARIE* Epistolam unam, quam ad litteram adducit Hippolytus Marraccius (& incipit: Post debitam obedientiam) in Bibliotheca fol. 289. & in Catalogo Marian. ad annum 1623. & in Antist. Marian. fol. 459.

PHILIPPUS Clavus vel Clavi, Ordinis Beatæ MARIE de Mercede Hispanus, & Confessarius Regis Alphonfi V. ac Concionator, scripsit de *Conceptione B. Virginis MARIE* Tractatum unum in lib. dicto: *MARIE focos* cap. 39. Ex Corbera, quem etiam citat Hippolytus Marraccius in Catal. Marian. ad annum 1597. Pistoia, folio 162. & in quodam manuſc. Saavedra in libro de sacra Deipara disp. 16. sect. 14. folio 350.

PHILIPPUS à S. Columbano, Laudensis Italus, Ordinis Minorum, pro Sodalibus Confraternitatis *Immaculate Conceptionis B. MARIE* ante Eucharistiam expositam Sermonem unum, qui est in ordine 39. fol. 269. in lib. dicto: *Mensa mystica*. Impress. Mediolani 1639. in 4.

PHILIPPUS de la Cruz, Monachus Sancti Basilij, edidit Opusculum sub hoc titulo: *Dialogo entre Maestro y Discipulo en que se trata de la purissima Concepcion de la Virgen santissima Madre nuestra; se confiesa ser concebida sin mancha de pecado original*. Impress. Matriti 1633. in 8. Et concludit sic: *El Discipulo al Maestro, Decima:*

*Conrazon la opinion pia
Mi Maestro, que es Cruz trata:
Porque como en Cruz rescata
El credito de MARIA:
Cesse ya toda porfia
Que ya no abra que dexar
Que alegar, ni que arguir a
Que pias me da tanta luz
Inro por aquesta Cruz
Que siempre labae de seguir.*

Vide reliqua ibidem ad longum, & pulchrè.

PHILIPPUS Diez, Ordinis Minorum, in lib. Summa prædicantium de *MARIE Sacratissima Conceptione* capita seu distinctiones sex, in quibus ex Sanctorum Patrum dictis & similitudinibus probat ejus immunitatem à peccato originali, &c. Venetijs 1595. in 4. tom. 2. verb. *MARIE* sacratissimæ Conceptionis, folio 58.

Item, in *Mariali Considerationes spirituales de Immaculata Virginis Conceptione* à folio 1. usque ad fol. 57. Hispanice Barchinone 1597 in 4.

PHILIPPUS Faber Faventinus, Ord. Min. Italus, in 3. Sent. *Vixum B. V. concepta fuerit sine peccato originali* Quæstionem in tria capita divisam, assertivè; & est disp. 10. in ordine. Lib. impress. Venetijs 1616. in folio.

PHILIPPUS Gamacheus, Doctor Sorbonicus, in Summa Theologiæ 3. part. quæst. 27. de Sanctificatione Deiparæ Virginis, inquirens: An Beata Virgo potuerit esse sine peccato originali? ponit hanc Conclusionem: Neutræ quæstionis partem esse de fide; ac nihilominus tamen longè probabiliorem & Christianæ pietati magis con-

sentaneam, quæ asserit nullo inquam peccato affectum fuisse; sed conceptam in statu gratiæ originali. Quam Conclusionem latè probat tom. 3. à fol. 186. usque 190. Item, de festo *Conceptionis B. MARIE* Virginis indicem concionatorium ibidem. Item, *Quid Virgo MARIA nunquam ullum contraxit aut admisit peccatum*, ad 1. 2. tom. 2. quæst. 6. tract. de Voluntario. Lib. impress. Parisijs 1627. & 1634. in folio.

PHILIPPUS de Grassis, Presbyter Messanensis Sacræ Theologiæ Doctor, libro cui titulus est: *B. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani expensis liber contra eos, qui disputant de perpetua virginitate MARIE*, & de ejus parturitione; verius contra eos, qui disputant de perpetua sanctitate S. MARIE & de ejus *Immaculata Conceptione*; ipsum S. Doctorem, alato ejus integro textu, sic exhibet toto opere ratiocinantem: *MARIA Virgo concepta fuit sine peccato; ergo peperit sine dolore, illa sine Virginitate, & sine fordidis puerperis*. Eius verò argumenta sic proponit excussa, ut D. Ildephonsum ipsissimis terminis, quibus nunc Scholasticorum doctissimi Recentiores hanc materiam excutiunt, videas syllogizantem, ut quidquid de hoc mysterio cum fundamento scriptum est hæcenus, eum à principio videas docuisse; ut hunc eximium Doctorem nihil latuerit, nihil fugerit, nihil præterierit, quod ad hoc mysterium concutiendum ponderis habeat aliquid & efficacitatis; ut merito credi debeat S. Doctor cathedræ sapientiæ donatus à gloriosa Virgine, & casulâ gloriæ in testimonium verissimæ doctrinæ; ut unicus Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus & Primas Hispaniarum, quem admodum primus omnium librum edidit integrum non tam pro illibata Virginitate, quam pro *Immaculata Conceptione*; sic unus merito esse debeat instar omnium ad hoc mysterium de fide definiendum, indeque dici unicus *Immaculatae Virginis* perpetuus Capellanus. Librum hunc penes me habeo manuscriptum.

Item, explanationem urget litteralem Psalmi 138. *Domine probasti me, &c.* pro hoc ipso mysterio; totusque est in hoc probando, manifestam esse antithesim inter cap. 3. Job: *Pereat dies, &c.* atque hunc Psalmum. Ex Patribus Græcis atque Latinis, Scholasticis & S. Scripturæ Interpretibus plus triginta sex, præsertim ex Angelico Doctore Jobum spiritu prophætico tot maledicta in peccatum originale congressisse, quod conceptionem hominum omnium, & nativitatem reddat odio dignam & amarè stendam. Contra agi in hoc Psalmo, teste vel ipso Caietano, de admiranda Dei sapientia & providentia in formatione hominis in utero matris; & tamen dici: *Nox illuminatio mea in deliciis meis: tenebræ non obscurabuntur à te, nox sicut dies illuminabitur. Ipso diluculo in extremis matris*, in ipsa scilicet seminum mixtione illuc fœtum à manu Domini deductum, atque à potente dextera tentum, & possessis rebus de utero matris ab ipso Domino susceptum. Deum in hac formatione terribiliter magnificentum; mirabilia opera isthæc: dignum embrionem, quem viderent oculi Domini: dignos dies, qui omnes in libro divinæ prædestinationis scriberentur: formatos omnes gratiâ, & neminem esse in eis, qui scriptus & formatus non fuisset. Quæ singula in Jobo coæcervatis opposita, Adamo & Evæ formati ab ipso Deo cum nequeant convenire; cum in Christum non cadant; quando-

quidem

quidem instantaneæ ejus Conceptioni repugnant illa: Imperfectum meum viderunt oculi tui; restat, ut David sedens in cathedra innocentiae de filia sua MARIA non tam prophetaverit, quam divinæ Theologiæ Magister datus à Domino, de cælo docuerit prævenisse eam Dominum in benedictionibus dulcedinis: sicque sensus litteralis Propheticus hujus Psalmi, & fortasse ex litteralibus præcipuus sit: *MARIA Dei Mater concepta sine peccato originis.*

Item, annum Domini sexcentimum quinquagesimum octavum supra millesimum in hoc exegit, ut secundum ordinem recitandi Officium divinum generaliter in tota Hispania, vel de Sanctis, vel de Dominica, vel de Feria, in dies singulos scriberet Elegiam, atque ex occurrentis materię principiis, ut ita dicam, intrinsecis progredere ad laudes *Immaculatæ Conceptionis celebrandæ*. Nullum tunc diem, variis licet distentis negotiis, prætermisit sine linea: carmina supra viginti septem millia composuit; & tamen Opus non absolvit, cui desiderari asserit supra sex millia.

Item, explanationem disci Psalmi carmine etiam Elegiaco prius scribere incæperat, & plus quam tria millia scripserat. Epigrammata sacra & in *Immaculatæ Conceptionis laudem* congeſta habet longè plurima. Denique id habet in more, ut pœne nihil vel profanum loquatur, doceat vel scribat, præsertim publicè, ex quo (si liceat) argumentum non deducat ad celebrandam tantæ Matris, & Domine Conceptionem. Argumento illud sit (unde etiam obiter quantum valeat in Arte Poëtica, quisque facillè dignoscat) quod rogatus, ut Epigramma scriberet legendum in certamine, quod in Universitate Complutensi propositum fuit ad natalem diem Serenissimi Principis Hisp. Prosperi celebrandum, animi gratiâ, ac discipulis suis satisfactorius ante horam dictaverit, quod leges in libro sub hac inscriptione: *Nacimiento del Principe de las Españas aclamado por la Universidad de Alcalá, in quo Serenissimum Principem hortatur, ut intendens ad Regnum PROSPER procedat, quod ex pietate Austriaca in Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Immaculatæ Virginis Conceptionem exiverit VICTOR ad vincendos rebelles.*

PHILIPPUS de Greve, Cancellarius Parisiensis, in Psalterium Davidicum, seu 330. Serm. tour. 1. in Psalm. 64. serm. 129. ad illa verba: *Replebimur in bonis domus tuæ; sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate,* folio 250. inquit: *Beatæ igitur uteris Virginis nobis est horreum frumenti & cellarium vini. Horreum frumenti: unde Cantic. 7. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Triticum est Christus, qui in magnum fructificavit acervum, vallatum liliis duplicis castitatis; quia fecunditas illa non abstulit virginitatem. Ipsa est cellarium; unde ibidem: Umbilicus tuus sicut crater tornatilis nunquam indiget poculis. Crater tornatilis artificio Spiritus S. tornatus, non alicujus manu artificis. Unde Luc. 1. Spiritus Sanctus superveniet in te, &c. Et Cant. 7. Juncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. Hæc junctura fuit fecunda Virgo & Virginis fecunditas. Unde quidam: *Ab æterno vas prævisum, vas insigne, vas prævisum manu sapientiæ, &c.* Similiter & Beata Virgo vas est universale, quidquid alii particulariter boni habent perfecte continens. Hæc Philippus.*

Lib. impressi. Parisiis, anno 1523. in 4. Duplex castitas fuit in MARIA; alia debuit esse corporis, mentis altera. Igitur si illa inviolata & incorrupta, hæc fuit intacta & Immaculata; & sicut illa nullam sensit spurcitiam ab homine, hæc in nullo fuit tactu dæmonis læsa. Item, crater fuit MARIA tornatilis non alicujus manu artificis, sed solum Spiritus Sancti; igitur non tornatus vel ab homine in carne, vel à dæmone in anima. Et si ab æterno vas prævisum & prævisum à manu Sapientiæ divinæ; ergo & à potetia prævisum & à scientia præservari potuit: prævisum à potentia antequam caderet, quia sustentatum. Denique, si omnia bona sparsa per singulos homines habuit MARIA; igitur & bona Adami & Evæ ante culpam, quorum primum ac præcipuum donum & bonum fuit justitia originalis.

Item, tomo 2. in Psalm. 28. serm. 184. ad illa verba: *Et ipse fundavit eam Altissimus, folio 32. inquit: Tertium etiam dedicavit & excellentissime sanctificavit; & sicut sit circuitus in dedicatione, ita gyravit ibi Spiritus Sanctus, quasi torno celeri & ineffabilis, quia fuit ab æterno vas prævisum, vas insigne, vas incitum manu Sapientiæ, &c.* Si, quando Deus fundavit mansionem seu Sion civitatem suam MARIAM, eam sanctificavit excellentissime, & eam torno celeri Spiritus Sanctus per gyrum munivit & circuitivit; non eam maculavit fathan, nec potuit eam invadere hostis antiquus. Sic generaliter loquuntur isti Doctores antiqui in materia de Conceptione B. Virginis.

PHILIPPUS de Guimeran, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum & Episcopus Xaquensis, in libro cujus titulus est: *Breve historia de la Orden de nuestra Señora de la Merced, redempcion de captivos Christianos, y de algunos Santos y personas illustres della,* part. 1. cap. 2. fol. 10. inquit: *Añi nuestra santissima Madre MARIA fue el abysmo y Oceano de todas las gracias, quantas en una pura creatura pudieron haber; porque como dice el P. Geronimo: Quanto à los demas Santos ha dado Dios de sus prerogativas y gracias por partes, y como à pedazos, esto todo no con mano escasa y detenida se dio à MARIA en junto y muy à colmo, &c.* Item, in eodem libro Historiæ sui Ordinis, cap. 8. affirmat Religionem illam portare ex instituto vestes omnino albas in reverentiam & honorem puritatis Virginis Mariæ, id est, *sua Immaculatæ Conceptionis*; ut videre est apud Sylvest. de Saavedra, libro de Deipara disp. 16. sect. 14. num. 653. fol. 349. Item, in Constitutionibus editis suo tempore pro tota sua Religione, præcepit ut semper Fratres tuerentur sententiam de *Immaculata Virginis Conceptione* ut videre est in præallegato Auctore, num. 698. Item, fol. 180. in Litanía encomiastica ad Deiparam Virginem ex sacra Scriptura & Sanctis Auctoribus excerpta, primum decantata in templo maximo urbis Valentiae, quando sacra effigies Virginis dictæ del Puig crebris miraculis terra & mari, pace & bello clara, cum celeberrima pompa est Valentiam importata, in oppugnatione Argellæ mensis Julii die 17. qui fuit Dominicus, anno Domini 1588. sic ait: *Terra à maledictione Adæ libera. Liliū inter spinas. Sol oriens, nunquam occidens. Luna semper plena. Sanctuarium semper sanctum. Tota pulchra, quæ à peccato Adæ sola est preservata, ora pro nobis, &c.* Et infra: *Per Immaculatam Conceptionem*

tuam protege nos Domina. Valentia 1591. in 4.
PHILIPPUS ab Harveng seu Harvengius, Ordinis Præmonstratensis Belga, de Conceptione B. V. Epistolam unam. Ita Marrac. in Biblioth. fol. 294. Credo esse eundem cum Philippo Bonæ-Spei superius posito.

PHILIPPUS Labbe Bituricus, Societatis Jesu, in lib. Nova Bibliotheca manuscriptorum librorum, tom. 2. fol. 395. adducit Bullam Leonis X. de Conceptione Virginis *MARIÆ* pro confirmatione Monialium Annuntiarum in Gallia; & in ea Bulla quæ incipit: Ad ea quæ circa decorem, sic inquit: Et successivè per nos accepto, quòd etiam in Hispaniæ partibus, Domino concedente, alia mulierum Religio, quæ Moniales sive Sorores Conceptionis sive de Conceptione B. *MARIÆ* nuncupatur &c. ubi latè de hac Religione. Item, folio 284. de apparitione Angeli facta Elino Abbati circa Conceptionem Virginis *MARIÆ*, &c. Lib. impress. Parisiis 1657. in folio magno.

Item, in versione Gallica Romani Martyrolog. ad diem 8. Decemb. pag. 369. *La Conception de la Sainte Vierge & Mere de Dieu.* Lutetia 1643. in 4.
PHILIPPUS Jacobus de Renax, Societatis Jesu Belga, in Theſibus de Peccatis habitis Lovanii die 23. Novembr. 1638. sustinuit *Virginem MARIAM* solam fuisse exemptam à peccato originali, & illius debito, &c. Impress. ibidem in 4.

PHILIPPUS Kersbelle vel Resbellius, Ordinis Carmelitarum Gandensis, scripsit pro purissima Conceptione B. Virginis Tractatum pulchrum contra Vincentium de Castro-Novo circa annum 1475. Ex Lucio & Leone classe 6. & Metrologio Patrum Carmelitarum impress. 1659. in charta expansa.

PHILIPPUS Kerspon, Ordinis Carmelitarum, scripsit contra Vincentium de Castro-Novo sive Bandellum pro Immaculata Virginis Conceptione Tractatum. Ita Joan. à S. M. in supp. libello fol. 330. Sed nescio an hic sit diversus à præcedenti.

PHILIPPUS Lyntermans, Ordinis Minorum Belga, Provinciæ Germaniæ Inferioris Diffinitor & Bruxellensis Guardianus, fecit Concionem subtili titulo: *De Immaculata Conceptione B. MARIÆ* Concio habita in Sacello Hispanorum apud PP. Dominicanos, anno 1659. nonâ Decembris: Fundamenta ejus in montibus sanctis, &c. Sicut hic Regius Propheta, &c.

Item, aliam sub hoc titulo: Collatio in Processione quam fecerunt Fratres nostri pro tuenda & promovenda *Immaculata Conceptione* in Sacello Regali Fratrum Predicatorum in præsentia omnium Fratrum: Cum jucunditate, &c.

Item, aliam: Concio secunda de *Immaculata Conceptione B. MARIÆ Virginis* in Sacello Hispanorum apud Dominicanos anno 1660. 13. Decembris: Non pro te, sed pro omnibus, &c. Sunt manuscr. penes Auctorem.

Item, extraxit Relationem actorum in illa octava sub hoc titulo: Relation des devotions & solemnitez, qui se font faites en la Chapelle Royale du Rosaire de l'Eglise des Peres Dominicains à Bruxelles, pour le sujet de l'Immaculée Conception de la Vierge au jour de sa feste, & autres suivantes en cette année. Impress. Bruxellis 1659. in 4.

PHILIPPUS de Mena, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem contra peccatum originale pro immunitate *MARIÆ Virginis*. Impress. Granatæ 1651. folio 305.

PHILIPPUS de Meneses, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro dicto: Lux animæ Christianæ contra cæcitatē & ignorantiam, &c. in explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 148. ad illud: Dominus tecum, sic Hispanicè inquit: Quatro maneras se hallan de estar Dios en una casa, &c. La tercera es por un modo particular, que es moviendo aquella alma à algun gran hecho, ò disponiendola para recibir alguna otra gracia, ò don mas particular; y desta manera no està en todos los que están en gracia, sino en solo aquellos aquien él escoge para algun gran hecho, ò negocio santificandolos para aquello como à los que el santificò en el vientre; y muy particularmente estubo assi en nuestra Señora, pues la escogio para la cosa mas alta, que pudo ser, y assi estubo en ella desde que la criò, &c. Lib. impr. Compluti 1567. in 4. Sed si Deus fuit in Virgine *MARIA* per gratiam ex quo ipsam creavit, sive à primo instanti creationis; igitur à puncto vel instanti suæ Conceptionis.

PHILIPPUS Moncaus Parisiensis, Societatis Jesu Gallus, in Disputationibus Theologicis disp. 7. part. 4. cap. 3. ubi inquit: An quicumque ab Adamo (quem certum est ante peccasse, quam vacaret procreationi liberorum naturali via & modo generationis) oriundi sunt, re ipsa contrahant originale peccatum? folio 516. dicit: Quod Beata Virgo *MARIA* nullo unquam sive instanti sive tempore infecta fuerit labe originali; quam præter Scotum in 3. dist. 18. quæst. 7. 5. Hoc viso, & plures alii circa dist. 3. ejusdem libri, tenent nunc ferè omnes recentiores, ac etiam tenuerunt quicumque ferè ab annis ducentis de hac re scriplerunt, &c. Tenet tamen infra, quòd habuerit debitum contrahendi peccatum originale, & illi incurrendo obnoxia & subiecta fuerit; ac latissimè pro immunitate Virginis *MARIÆ* scripsit, à folio 515. usque 528. Lib. impress. Parisiis 1622. in 4. regali.

PHILIPPUS de Monte Calerio, Ordinis Minorum, in Sermonibus Dominicalibus Evangelio 5. part. 1. folio 15. vocat *Virginem MARIAM Matrem Immaculatam*, Matrem incorruptam, Matrem intactam, &c. Et ibidem fol. 16. asserit: Quod *Virgo MARIA* nullum habuit peccatum. Lib. impress. Lugduni 1541 in 8. regali.

PHILIPPUS de Mori, Ordinis Minorum Belga, in Theologia Scoti defendit Duaci sub R. P. Paulo de Becourt *Virginem MARIAM* non fuisse conceptam in peccato originali, imò nec debitum habuisse illud contrahendi. Impress. Duaci 1641. in 4.

PHILIPPUS Orense Valdes, Poëta Hispanus, scripsit Cantionem contra peccatum originale pro *Virginis MARIÆ* præservatione. Impress. cum alijs Granatæ 1651. fol. 277.

PHILIPPUS de Outreman, Societatis Jesu Gallus, in libro cujus titulus est: Le vray Pedagogue Chrestien nouvellement mis dans la pureté de la langue Françoisse, &c. tome 1. part. 2. cap. 24. sect. 4. §. 14. fol. 471. de gestis Imperatoris Ferdinandi III. & columna erecta pro voto *Immaculatae Conceptionis sacratissime Virginis MARIÆ*, latè. Lib. impress. Parisiis 1661. in 4.

PHILIPPUS de Pergamo, Ordinis S. Benedicti Abbas, in lib. Cato moralizatus, aliàs: Spectulum Virginis quoad utriusque hominis reformationem, in 4. part. Metricali, fol. 196. in sexto cœli signo scilicet Virgine, vocat *MARIAM* Deiparam

mundissimam & Virginem totius munditiei. Lib. impr. Lugduni 1657. in 4.

PHILIPPUS Picinellus Mediolanensis, Canonius Regularis Lateranensis, in libro: *Mundo symbolico diversis impressis sacris & profanis illustrato, &c. Virginis MARIE Immaculatam Conceptionem illustrat, & explicat his titulis seu symbolis: Egreditur, non ingreditur. A putredine tuta. Augent decora decorem. Caliginis expers. Candor illæsus citra umbram. Concepta ferens con el soffio l' auyenta. Deorsum nunquam eminet. Procul à proximis. Nigra, sed pulchra. Extra nubes. Fœtenti è cespite purum haud inficiet altera. Hinc procul umbræ. Humilis, & absque modo. Illæsa servetur. Innoxia floret. In puro tantum. Intacta triumphet macula carens. Mergitur nunquam meus ab origine candor. Mihi candor ab alto. Nescia mergi. Nescia occasus. Non ideo maculor. Nunquam dissona. Nunquam maledictum. Nunquam mergitur. Nunquam victus. Procul à tinea. Procul hinc. Rubiginis expers. Semper dicata triumphis, sine labe, sine macula. Stat & conterit. Tempestat is expers. Tenebræ non comprehendunt. Stella non eclipata Tenebræ procul. Tuto conterit. Umbræ nescia undique. Quæ omnia sparsim extant in prædicto lib. ut videre est in indice. Impress. Mediolani 1653. in folio.*

PHILIPPUS Quintanilla, Ordinis S. Norberti Generalis, Hispanus, in Epistola ad Philippum Hispaniarum Regem, inquit: Ad nullam Religionem ita pertinet tueri articulum de pura Conceptione, sicut ad istam Præmonstratensem: quoniam à quingentis annis ejus Fundator Sanctus Norbertus Parens noster eam consecravim *Immaculatæ Conceptioni Superne Reginae, &c.* Vide alia ibi, & in Eusebio cap. 7. fol. 56.

PHILIPPUS Roche Kensaliensis, Ordinis Minorum Hybernus, excudit pulchram Militiam pro *Immaculata Virginis Conceptione* in charta expansa anno 1633. & extat in nostris libris de Imaginibus tom. 5.

PHILIPPUS de Rhotingo, Ordinis Minorum Italus, edi curavit Sermones Dominicales R. P. Fr. Antonij de Bitonto Ordinis Minorum, qui Sermone de Ascensione folio 33. semel & iterum affirmat *Virginem Dei Matrem MARIAM suis se præservatam à peccato originali*; ut videre est in libro antiquo impress. 1496. in 4.

PHILIPPUS Rovenius, Archiepiscopus Philippensis, in Libello quem inscripsit: Aureum Thuribulum, cap. 9. ubi tradit alium modum legendi Rosarium cum quadam relatione vitæ S. Virginis MARIE, fol. 176. Primæ de eas. *Pater noster. 1. Ave MARIA, quæ ab æterno in Matrem Jesu præordinata es, gratiâ plena, &c. Sancta MARIA, &c. 2. Ave MARIA, quæ multis figuris in veteri Testamento præfigurata es, gratiâ plena, &c. Sancta MARIA, &c. 3. Ave MARIA, quæ per Prophetas prænuntiata es, gratiâ plena, Dominus tecum, &c. Sancta MARIA, &c. 4. Ave MARIA, quæ mirabiliter in Conceptione à peccatis conservata es, gratiâ plena, &c.* Impress. Antuerpiæ apud Joannem Cnobbaert, anno 1636. Est secunda editio ab Auctore aucta & emendata.

PHILIPPUS de Salazar, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermone de Cruce, folio 7. sic loquentem introducit Sanctam Helenam: Como

me tengo por redimida yo, sino veo la misma redempcion? ya te entiendo diablo, has procurado sepultar la espada, que te quitò la Vida; mas Isaac abrir hizo los pozos, no permitiendo, que no se bebiese el agua. Ea pues quite se lo ca ruinado, para que se manifieste la vida. Parezca la espada, que cortò al verdadero Goliath la Cabeza. Rombase la tierra, para que resplandezca la salud. Odiablo lo que hiciste en esconder este madero santo, fue quedar otra vez vencido; *verciore MARIA Madre del que triunfò en la Cruz*, y quedas oy vencido para que una muger te coja en tus mesmos lazos, &c. Serm. impress. Valentia 1633. in 4. Hanc MARIE victoriam intelligo de illa pugna signata in illis verbis: Inimicitias ponam inter te & mulierem; quæ de peccato originali communiter intelligitur. Deinde Christus Dominus in ligno Crucis primò ac præcipuè triumphavit de peccato originali; igitur loquitur de victoria Matris per ordinem ad illam primam culpam.

PHILIPPUS Salernus Siculo, Ordinis Minorum natione Italus, de *Conceptione Immaculatae Dei-pare Virginis Opusculum* unum. Messanæ 1645. Vide Marraccium in Bibliotheca, & in Catalogo, & Waddingum fol. 294. Pistoiam fol. 159.

PHILIPPUS Segæ, Episcopus Placentiæ, præcepit ut *dies Conceptionis Beatæ MARIE Virginis* in sua Diocesi ritè servetur, in Actis Synodalibus à se conditis folio 36. Et ut in foro Episcopali observetur *dies Conceptionis Beatæ MARIE Virginis*, ibidem fol. 355. Lib. impress. Placentiæ 1589. in 4. regali.

PHILIPPUS Stancarius, in Epistola ad Hieronymum Cavellum inter Epistolas S. Laurentij Justiniani, agit de *Conceptione Virginis & ejus puritate.* Euseb. Epistola 17. fol. 311.

PHILOCALUS Caputus, Ordinis B. MARIE de Monte Carmelo Neapolitanus, in Sermonibus Panegyricis, sermone de SS. Joachimo & Anna asserit: *Quid V. MARIA non contraxit maculam peccati originalis*, fol. 183. & alibi. Lib. impress. Neapoli 1642. in 4.

PHILOTHEUS Patriarcha Constantinopolitanus, natione Græcus, in Menæis sive Rituali die 16. Julij Ode 8. Canonis 1. sic pro Conceptione V. MARIE: *Tota pulchra es, à Virgo planè tota pulchra, tota nil nisi niôr & species lucis; tota item Phosphorus, seu diem ac Deum offerens stella.* Vide Simonem Wanereg, in libro dicto: *Pietas Mariana Græcorum, & Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta*, dissert. 7. adnot. 1. fol. 342.

Item, in Diatxi sacri ministerij vocat Virginem MARIAM per omnia & omnibus modis *superbenedictam & gloriosam, &c.* Sed quomodò diceretur per omnia & omnibus modis benedicta, si maledictionem incurrisset filiorum Adam & ut optime notat R. P. Joannes Eusebius Nieremberg, lib. Exception. cap. 27. fol. 518.

PHOCIVS Constantinopolitanus Patriarcha natione Græcus, in lib. Normocanon, id est, Canonum conciliationes, ad diem 9. Decembris: *pro festo Conceptionis Virginis MARIE, utpote quid in eo peragatur Conceptio castissimæ Matris Dei nostri*, titulo 7. cap. 1. folio 8. Lib. impress. Lutetiæ 1620. in folio. Item, in Homilia de Virginis MARIE Nativitate, inquit: *Cum divinæ gratiæ opus doceam, quid gratiam cogis servire naturæ, cujus illa semper*

H h h h 2

per

per dominari comparata est, &c. Hanc auctoritatem pro Virginis Conceptione adducit Euseb. Nierenib. folio 245. & fol. 257. & citat Grand. tract. 1. disp. 3. sect. 1. §. 2.

Item, in Epistola de septem Synodis Oecumenicis ad Michaëlem Bulgariae Principem vocat Virginem *Immaculatam* & *Immaculatissimam*. De his epithetis loquitur latè Eusebius Nierenb. lib. Except. cap. 8. fol. 69.

PICARDUS N. Lector, ac Doctor Theologus, in Magistr. Sententiarum dist. 3. lib. 3. tenet & defendit, *Virginem MARIAM Angelorum Reginam fuisse preservatam à peccato originali*. Ita Daniel Agricola in sua Corona Doctorum pro Conceptione, folio 175.

PIETARDEUS Roselius de Iesi, Doctor Italus, edidit Librum sub hoc titulo: *Girlanda de fiori è fruti odoriferi è luavi alla corona mystica della Conceptione dell' Immacolata Madre di Dio Vergine MARIA*, nelle presenti necessità de Sancta Chiesa Catholica Romana, &c. Impress. Anconæ 1609. in 8.

PIUS Archiepiscopus primus Hispalensis ac Sanctus, instituit festivitatem, & consecravit primum Templum Hispalense *Conceptioni Virginis MARIÆ*. Ita Antonius de Quintanadueñas in libro de Ecclesia Hispalensi, fol. 370.

PIUS Papa hujus nominis IV. (Joannes Angelus de Medicis antea vocatus) patriam Mediolanensem, pro Ordine Conceptionis Beatissimæ Virginis Bullas plures, de quibus vide Nodum Indissolubilem.

Item, confirmavit egregium illud decretum Concilij Tridentini à communi regula peccati originalis excipiens *Virginem MARIAM*. Vide Velazquez fol. 347. Hippol. Marrac. in Pont. Marian. folio 197.

PIUS Papa V. Ordinis Prædicatorum, inter alias propositiones Michaëlis de Baio Doctoris Lovaniensis damnavit illam, quæ extracta ex ipsa Bulla, sic se habet: *Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum iustorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis, &c.* Quas quidem sententias stricto coram nobis examine ponderatas, quanquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, in rigore & proprio verborum sensu ab assertoribus intento, hæreticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & in pias aures offensiones immittentes, respectivè ac quocumque super his verbo scriptoque emissa præsentium auctoritate damnamus, circumscribimus & abolemus, deque eisdem & similibus posthac quoquo pacto loquendi, scribendi & disputandi, facultatem quibuscumque interdiximus, &c. Constitutio hæc Pontificis incipit: Ex omnibus afflictionibus, &c. Data ann. 1567. Kalendis Octobris, sui Pontificatus anno 2. Extat transumptum illius in nostro Bullario, & in tomo 3. R.P. Joannis Martinez de Ripalda de Ente supernaturali ad finem.

Item, cum multa officia reformaverit in Missali Romano, officium Conceptionis Virginis *MARIÆ* non solum reformavit, sed & recitari iussit per totam universalem Ecclesiam. De hoc vide latè Marraccium in Pontif. Marian. folio 198.

Item, vivæ vocis oraculo concessit, ut Fratres Minores recitarent officium *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ*, quod incipit: Sicut li-

lium, cum speciali Missa. Marraccius & alij.

Item, de *Conceptione Beatissimæ Virginis MARIÆ*, & quomodo loquendum sit de mysterio, Bullam unam expeditam die 30. Novemb. anno 1570. sui Pontificatus 5. Extant diversæ impressiones Latinæ, & nos habemus illam traductam linguâ Hispanicâ per Thomam Garciam Dantisco, in folio expanso.

PLACIDUS Antonius de Haro Sotomayor, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in Oratione panegyrica de S. Ildephonso §. 3. folio 13. inquit: Muchas significaciones dan diversos interpretes de la vision obscura; pero la que mas haze ami intento, y se ajusta à la letra de el texto es la de los que juzgan por este mar à MARIA, que en semejanza de espejo sin lo amargo de las olas, es christal, sin lo impuro de sus verdes orvas ridio, y à la semejanza de espejo le asiste Dios, &c. Impress. Vallioli 1652. in 4.

PLACIDUS de Baillon, Ordinis Minorum Flander, Theses de Sacramentis in genere dedicavit *Immaculatae Conceptioni Beatæ Virginis MARIÆ*. Fuerunt defensæ Tornaci 1644. mense Decembri, & impress. in charta expansa.

PLACIDUS Myrtus Frangipane, Clericus Regularis Italus, de *Immaculata Virginis Conceptione* Sermones linguâ Hispanicâ. Impress. CæsarAugustæ 1635. in 4. & Matriti 1636. in 4.

Item, in libro Italicè traducto à Ioanne Alphonso Puzinello impress. Venetijs ann. 1636. extant omnes Sermones de eadem Conceptione *Virginis MARIÆ*; sed nota, quod illa verba in originali Hispano magnis characteribus scripta: *Que publica y declara los de su limpia Conception*, delint in traductione Italica; an verò hoc venerit ex incuria scriptoris, vel alterius malitia, ignoro.

PLACIDUS Nigidus Siculus Italus, in Explicatione Cantici Canticorum, cap. 4. folio 155. ad illud: *Tota pulchra es amica mea*, &c. inquit: Præclara pulchritudo tanto teste præclarior; & macula non est in ea, quæ sit aut esse possit, tanto Sole jam inde ab initio prospiciente. An est originale peccatum macula? sane est, & quidem turpissima. *Quod igitur incurrisse illam dicimus Virginem sine nota tanti testimonij*, &c. Lib. impress. Romæ 1616. in 4. Vide etiam illud: Sub arbore malo suscitavi te, folio 240.

Item, in libro cujus titulus est: *Hortus deliciarum Beatæ MARIÆ Virginis*, ad quem Christi fideles confugientes, flores devotionis erga Deiparam colligunt, &c. quamplura Ofulcula erudita, satisque pia, nec non Sermones habet de Beata *Virgine: ejus immunitatem, à peccato originali preservatorem, ac Immaculatam Conceptionem* miris extollit laudibus, celebrat præconijs, ac diversis exornat conceptibus. Vide ibi sparsim totum librum. Impress. Panormi 1638. in fol.

PLACIDUS Padiglia à Neapoli, Congregationis Cælestinorum, in discurs. 7. super Psalm. Miserere, seu: *David pœnitens, Quod Christus & MARIA, ille per naturam, ista per gratiam fuerunt exempti à lege communi, & non comprehensi caligine peccati originalis*, &c. Lib. impress. Neapoli 1624. in 4. & Romæ 1610.

Item, in lib. de Vultu seu pulcherrima Icone *B. MARIÆ Virginis: Quod Virgo fuit absque umbra vel obscuritate peccati in sua creatione & in unione anime ad corpus, nec Deus permisit ipsam contri-*

ve culpam originalem, cum qua omnis homo nascitur maculatus, &c. Item, *Quod Beata Virgo MARIA fuit libera à peccato originali*, sect. 7. fol. 126. Item, *Quod fuit libera ab omni macula peccati originalis in sua Concept.* sect. 8. fol. 155. Romæ 1624. in 4.

PLACIDUS Reynosa, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, in libro dicto: *El Maestro Christiano*, in tabulis pro Concionatoribus adducit indicem pro *Conceptione Virginis MARIE*. Lib. impress. Vallisoleti 1618. in 4.

PLACIDUS Samperius Messanensis, Societatis Jesu Italus, in Iconologia gloriosæ Virginis Matris Dei Protectricis civitatis Messanæ, de Congregatione Mercatorum sub titulo *Immaculatae Conceptionis Dominae nostræ* erecta anno 1609. lib. 2. fol. 214. Item, de *immagine Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis MARIE* dicta de Sancto Bartholomæo, atque de ejus Confraternitate, lib. 4. cap. 10. fol. 486. per totum. Item, de fundatione Ecclesiæ sub titulo *Immaculatae Conceptionis à Petro Reynano ædificatæ*, ibidem fol. 488. Item, de *immagine Immaculatae Conceptionis ac de ipsius Confraternitate existente in Oratorio Conventus S. Francisci*, lib. 4. cap. 22. per totum, fol. 530. Item, de *immagine antiqua Sanctæ MARIE della Porta, seu de Immaculata Conceptione*, atque ipsius Confraternitate, ibidem cap. 11. per totum. Lib. impress. Messanæ 1644. in fol.

PLACIDUS à Tosantos, Ordinis Sancti Benedicti Hispanus, sui Ordinis Generalis, & postea Elecitanus Episcopus, missus fuit à Catholico Hispaniarum Rege Philippo III. ad Sanctissimum Pontificem Paulum V. ut cum ipso ageret de definitione piæ opinionis mysterij *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, &c. Vide Antonium de Yepes, tomo 7. Annalium ad annum 1009. folio 104. Joan. Antonium Velazquez, libro 4. de *MARIA Immaculatè concepta*, differt. 9. adnot. 1. folio 362. & Wadding. in Legat.

POMPEIUS Aragonius Romanus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, edidit vivæ vocis oraculum à Paulo V. Pontif. Maximo acceptum concedens Fratribus Minoribus, ut singulis Sabbatis recitent *Officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, quod incipit: *Sicut lilium*, &c. Habeo copiam extractam ex Curia Romana. Ipsum adduximus in Armament. col. 174. Vide Purpur. Marian. fol. 284.

PONCIUS Vaicionensis Episcopus, natione Gallus, in Concilio Provinciali Avinionensi subscripsit Decreto ibidem promulgato circa *Conceptionem Immaculatae Virginis Deiparæ*; ut videre est in Purpur. Marian. folio 369.

PORCHETUS de Salvaticis Januensis, Ordinis Carthusiensium, in libro contra perfidiam Judaicam, cap. 17. part. 1. folio 44. ad finem, inquit: Porro quod non solum originaliter, sed etiam actualiter omnes homines fuerunt peccatores, non tantum ex prædictis habetur; sed etiam ex eo, quod per Salomonem dictum est in Ecclesiast. 7. D. Quoniam homo non est justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Idem quoque Salom. dicit 2. Paral. 6. E. Non est homo qui non peccat, vel non peccet. Sanè intelligendū est, quod ex hoc *Beata Virgo excluditur, quæ plena Spiritus Sancti gratia fuit semper à Deo ab omni peccato reservata*, &c. Lib. impress. Parisiis 1520. in folio. Nota illud ab omni, semper, & reservata.

POTTIER Presbyter Gallus, in libro: *La Vierge Triumphante*, divisé en trois parties, &c. part. 2. asserit: *Quod Virgo MARIA fuit concepta sine peccato originali à fol. 98. usque 164. latè. Lib. impress. Montibus 1641. in 4.*

PRADUS de la Canal, Licentiatu Hispanus, ad devotionē venerabilis Matris Ludovicæ à Carrión, maximis characteribus in charta expansa illud: *MARIA sanctissima concebida sin peccado original*, scripsit. Fuit hoc impress. Nagaræ, anno 1616.

PRÆDICATORUM Ordo, in Cap. Generali Valentia celebrato ann. 1647. §. Confirmationes, n. 3. sic habet: Confirmamus Ordinationem sextam Capituli Generalissimi Romæ anno 1644. Verum ulterius considerantes aliquas quæstiones singulares ob materiæ dignitatem, obscuritatem, & periculum promptius errandi in illis (quales inter alias sunt quæstiones de *Conceptione Beatae Virginis*, & de præscientia futurorum, prædestinatione electorum, efficacia divinæ motionis, & universaliter de auxiliis divinæ gratiæ) indigere maturiori examine; ordinamus & omnino præcipimus in virtute Spiritus S. & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, nec non sub pena Excommunicationis latæ sententiæ, hæc una pro trina canonica monitione præmissa, & privationis omnium graduum iplo facto incurrenda, ne aliquis aliquid imprimere audeat spectans ad quæstiones prædictas, nisi prius Romam ad Reverendissimum P. Generalem, vel Vicarium Generalem, seu qualitercumque vices Generalis ibi tenentem, mittat vel totum librum, si in eo per totum agitur de aliqua vel aliquibus illis quæstionibus; vel si totus liber non est de illis materiis, quaternones illos, in quibus specialiter de eisdem quæstionibus tractat, prohibentes ne omnino vel minimum quid spectans ad quæstiones illas edat, quod ut supra, prius non miserit Romam, & ibi non fuerit approbatum.

Item, R.P. Joannes de Marinis Magister Generalis totius Ordinis, per litteras suas expeditas anno 1663. die 14. Aprilis præcepit, ut in Regnis Hispaniarum dicerent Patres Dominicani inter concionandum Elogium illud commune & usitatum: *Benedictum atq; laudatum sit sanctissimum Altaris Sacramentum, & sacratissima Virgo MARIA concepta sine peccato originali in primo suæ Conceptionis instanti*. Ad ejus conformitatem R.P. Joannes Martinez de Prado Prior Provincialis Provinciæ Hispaniæ expedit suas litteras ex Rupe Franciæ 1. Junii ejusdem anni, quarum clausula sic se habet: *Præcipio sub stricta obedientia omnibus Religiosis hujus nostræ Provinciæ tam Prælatis quàm subditis, ut tam in nostris Conventibus, quàm extra illos dicant usitatum in istis Regnis Elogium purissimæ Conceptionis nostræ Dominae conceptæ sine peccato originali in primo instanti suæ Conceptionis*. Et ut in omnibus nostris Conventibus, quamprimum hæc litteræ fuerint receptæ, celebrètur festum illius sanctissimi mysterij maxima solemnitate quæ fieri potest, concionando in dicta forma. Habemus duplex originale Hispanicum in folio, & Latinum in 4.

PRÆSES 1e Barre Gallus, in libro: *Des Saints Oeuvres utiles à tous fidels*, &c. lib. 2. folio 13. de *Privilegio B. Virginis, cum quo fuit reservata aliqua particula in Adam & Eva ante peccatum, ut pura, nitida, & munda conceperetur*, &c. latè. Parisiis 1619. in 8.

H h h h 3

PRO-

PROCLUS Cyzenus Sanctus Græcus, in Homilia habita in Concilio Ephefino (quæ extat in ejus principio) postquam vocavit carnem Virginis impollutam, ait Ita ex utero Virgineo proditisse purissimum illud Numen nihil quidem pollutum, quem citra ullam sui labem formaverat. Ex hac quoque, nullâ maculâ contractâ processit, id est, Verbum divinum. Igitur si formavit Deus uterum Virgineum citra omnem sui labem; nulla neque in utero, neque in Virgine fuit macula. Vide de hoc Auctore Euseb. Nieremberg. lib. Excep. cap. 8. fol. 60. Turrianum in Epistola de Peccato originali, Salazar sæculo 5. Leon classe 9. Martinum Philippum in Theatro Excellentiarum Deiparæ tomo 2. sæculo 5. fol. 1206.

PROCOPIUS Gazæus vel Sophista, Doctor Christianus, in cap. 3. Geneseos opponens Evæ **MARIAM** dixit: Gaudium & lætitiâ toti mortalium generi annuntiavit, humanique generis maledictionem, in quam devenerat, fugavit, &c. Quam auctoritatem sic explicat Eusebius Nieremberg. libro Exception. cap. 13. folio 174. Hæc annuntiatio intelligenda potius est in Conceptione Virginis in Annæ vulva, non in Conceptione Christi, & in utero Virginis: nam in ista tunc attulit gaudium; in illa tamen annuntians fugavit in se generis maledictionem per sanctitatem suam originariam.

Item, in Expositione Isaïæ Prophetæ, ad illa verba: Ecce Virgo concipiet, fol. 117. inquit: Natus est ergo ille Emmanuel in Sancta Virgine: cui cum illa, quomodo futurum istud esset (quia virum non cognosceret) postulasset; in eam Spiritum Sanctum esse illapsurum virtuteque Altissimi obumbraturum, respondit Angelus. Nequaquam enim legi Deuteronomicæ, quæ mulierem admissio semine masculum enixam septem dies immundam haberi volebat, obnoxia fuit; sed nullo feminis auxilio facta Emmanuelis Mater, pura intemerataque mansit. Quoniam enim primus ille Adamus non nuptiali coitu procreatus fuerat, sed terrâ efformatus; & hic ultimus, qui ejus corruptionem renovat, in Virginis utero corpus sumit efformatum, ut ejus similitudinem habeat, quod peccato per carnem natum est, &c. Item, ad illud: Ecce Dominus ascendet super nubem levem, inquit: Enim verò nubis nomine corpus ipsum, in quo nobiscum versatus est, ideo forsitan significavit, quod terrenis motibus liberatus corpore, & turbationibus, qui nec peccatum ullum admisit, neque in ore fraudis quidquam habuisset, superior semper fuerit. Sunt tamen qui per levem nubem sacrosanctam Virginem, à qua in Ægyptum ulnis est delatus, intelligi arbitrentur, &c. Levem autem ideo dicit, ut deposito peccatorum onere agiliores nos fieri intelligas, sicut & sessione ipsa vel requiem vel certè potentiam significari. Neque enim in Legis observatione; sed in ea quæ per baptismum est perfectio, quæ etiam regnat in terris Christus, requiescit, &c. Lib. imp. Græco-Latin. Parisiis 1580. in fol. magno. Hujus auctoritatis verba parum dicunt pro Immaculata Conceptione: sed illa adduxi, ut cognoscatur, quod nihil aliud habet pro hac materia: est tamen antiquus, & ideo non clarior.

PROSPER Spinula Italus, Episcopus & Comes, inter festivitates, in quibus jus non redditur, enumerat Conceptionem Beatæ **MARIÆ** Virginis. Ita inve-

nies in Actis Synodal. Lunensis Ecclesiæ, fol. 70. **PROSPERUS** Martinengus Brixianus, Monachus Cassinensis Italus, in sua Theotocodia sive Parthenodia, de Palmæ nomine triumphali **MARIÆ** Virgini attributo propter ejus invictam fortitudinem, per quam cunctas vicit adversitates & contrivit caput serpentis antiqui, Theotocodium unum, à fol. 96. usque 104. Et ibidem ad principium adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis cum attributo, folio 9. Item, de Lucis nomine Sanctæ Virginis attributo, inquit:

*Porrò quis clarè vocamen convenire Virgini
Lucis almae denegasset, quæ nihil caliginis
Sensit unquam creata in alvo Matris, alvo ve edita?*
Item, de Lili nomine Reginæ Virginum attributo:
*Namque floris candor hujus intelligi corporis
Corporisq; puritati congruit planissime.
Nullaque ei peccati adbasit insidens labecula:
Nam velut flos iste candet intra, atq; extrinsecus
Insimul; sic flore semper intima innocentia
Extimæq; integritatis Virgo sancta floruit, &c.*

Vide ibi alia latè, folio 126.

Item, de Columbæ nomine S. Virginis attributo:
*Cen solet mollis rosa hirtis emicare sentibus
Atq; de cellure puella pullulæ candidus
Lili flos, proflus expers terra pulliginis:
Sicq; tali erecta honore, erecta tali origine
Nil veneni sensit unquam, nil amarulentia,
Nil odij: sed tota crevit melle dulci dulcor, &c.*

Impress. Romæ 1583. in 4. & 1589. cum commento in 4. regali.

PROSPERUS Urbanus Urbinas, Ordinis Minorum Italus, in Summa resolutionum Summæ Alexandri de Hales, part. 3. quæst. 8. folio 217. de Sanctitate Conceptionis Christi, inquit: At Beata Virgo, in parentibus ante suam Conceptionem per naturam fuit, in quibus minimè sanctificari potuit; ideo ante ejus Conceptionem nullus sanæ mentis sanctificatam fuisse dicere audebit. Nec etiam in ipsa Conceptione sanctificari potuit, cum ad coitum sequatur, ad quem quantumvis sanctum natura movet secundum inordinationem fomitis. Nec post Conceptionem ante animæ infusionem, cum corpus humanum non nisi ex unione ad animam possibilitatem habeat ad gloriam, & per consequens ad gratiam, quæ ad sanctificationem ordinatur. Nullus tamen ambigere debet, Beatam Virginem post animæ infusionem ante ipsius Nativitatem in utero matris sanctificatam fuisse. Et quidquid nonnulli fuerint arbitrati, Beata Virgo in sua prima sanctificatione à fomite omnino sanctificata fuit, ut quæ caro Beatæ Virginis, nectum in ordine ad suam beatam animam, verum etiam in ordine ad Verbum divinum ex ea generandum sanctissima foret; jure secundò sanctificata est, ut puta in Conceptu Salvatoris, in qua non à culpa, sive à peccato aliquo sanctificata fuit; sed à vitiis formidibus: & taliter, quod ab ea ablata fuit omnis peccandi potestas, & liberata fuit à reatu privationis divinæ visionis pro eo quod attinebat ad personam; sed non pro eo quod attinebat ad naturam, &c. Impress. Urbini 1603. in 4.

PROTHO Pruniensis Presbyter, libro 1. de magna Sapientiæ domo, scripsit de immunitate Virginis **MARIÆ**. Sic Salazar sæculo 12. & Serran. lib. 2. cap. 25. num. 19. Leon classe 9.

PRUDENTIUS Poëta antiquus, in Hymno 3. Cathemerinon, sic inquit:

Hec

*Hoc erat aspidis, atque hominis
Dignissimum dissidium,
Quod modo cernna fœmineis
Viperæ proteritur pedibus;
Edere namq; Deum merita
Omnia Virgo venena domat.*

Vide Euseb. Nieremb. lib. Dissert. epist. 15. folio 278. & in Sacro-syl. 5. 7.

P. R. Augustinianus Gallus, in libro dicto Gallicè: Instructions pour ceux de l'Archiconfratrie de la Ceinture de S. Augustin, &c. folio 73. die 8. Decembris: *Festo Conceptionis Beatissimæ Virginis Indulgentia plenaria, duratque totâ octavâ.* Impress. Parisiis 1619. in 16.

PSALTERIA diversa habent festivitatem Immaculatæ Conceptionis, quorum vidi sequentia: Psalterium antiquum in charta pecorea, ad diem 8. Decembris: *Conceptio MARIE.* In Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini num. 331. in 8.

Psalterium antiquum in charta pecorea, ut ex laminis & figuris colligitur, Patrum Benedictinorum, ad diem 8. Decembris rubris characteribus: *Conceptio Beatæ Virginis MARIE.* In Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini num. 351. in 12.

Psalterium antiquum in charta pecorea manus. pulcherimè, ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis aureis characteribus.* Extat in Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini.

Psalterium antiquum manus. in charta pecorea, ad diem 8. Decembris rubeis characteribus: *Conceptio S. MARIE Virginis.* In Biblioth. D. D. Card. Barberini num. 334. in 4.

Psalterium Cardinalis Bessarionis, deliciae Urbani VIII. maximo, optimoque Pontifici benefactori donatum à Fratre Felice Francischino de Cassa Ordinis Minorum Conventualium, ad diem 8. Decembris rubris characteribus: *Conceptio Virginis MARIE duplex.* In Biblioth. D. D. Cardin. Barber. num. 323. in charta pecorea.

PTOLOMÆUS Veltrionus, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, in indice materialium ad Constitutiones ejusdem Ordinis ponit: Quod festum Conceptionis debet observari in judiciis, &c. ut videre est in lib. impress. Romæ 1588.

PUGET de la Serre, Gallus vel Belga, in libro: Les saintes affections de Joseph, & les amours sacrées de la Vierge, folio 8. *Quod prærogativa supernaturalis B. Virginis fuit, esse concepta absq; peccato.* Impress. Antuerpiæ 1631. in 8.

Q

QUIDAM Antiquus Auctor ad Legendarium, hoc est Sanctorum vitas, commune ac celebratissimum (vocatam à proprio suo Compilatore Jacobo de Voragine Archiepiscopo Januensi Ordinis Prædicatorum, Historia Lombardica, de qua invenimus in diversis Europæ Bibliothecis triginta originalia manus. scripta) addidit aliquas legendas, quarum illa num. 188. est de Conceptione Sanctæ MARIE Virginis, in qua ad principium de institutione hujus festivitatis, sic incipit: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus & Pastor Anglorum, Coepiscopis suis cunctisque Orthodoxis salutem & perpetuam in Domino benedictionem. *Conceptio veneranda Dei Genitricis & perpetuæ Virginis MARIE, dilectissimi Fratres, quemadmo-*

dum per multorum signorum experimenta in Anglia & Francia cæterisque conchyliatibus celebranda sit olim declarata, me narrante audiat dilectio vestra. Tempore namque illo, quo divinæ placuit pietati Anglorum gentem de malis suis corrigere, suæque servitutis officijs arctius astringere, gloriosissimo Normannorum Duci Guilielmo eandem Patriam debellando subegit, & Regi eorum, Eraldo nomine; impio & tyranno Cleriq; persecutori, & honoris Ecclesiastici subverfori reddidit in bello pro meritis rationem. Quo casu Guilielmus factus Dei virtute & industria sua Anglorum Rex, totius Ecclesiasticæ dignitatis honores in melius reformavit. Cujus pie intentionis operibus invidens ille bonorum omnium inimicus diabolus, tum familiarium fraudibus, tum extraneorum incurfibus multoties conatus est ejus obstere successibus; sed Domino protegente ad nihilum deductus est malignus. Audientes autem Daci Angliam subiectam esse Normannis, graviter indignati se suo quasi hæreditario jure privati, arma præparant, classem aptant, ut eos adeuntes à data sibi divinitus Patria expellant. Hoc comperto Guilielmus Rex prudentissimus Helsingum quendam Religiosum Abbatem Ramensensis Cœnobij ad Daciam dirigit, ut inquiret veritatem hujus rei. At ille vir admodum sagacis ingenij strenuè negotium Regis exequitur. Quo fideliter peracto ad Angliam reverti cupiens, mare ingreditur: & jam maximam partem maris prospero cursu transierat; cum subito densis surgentibus undiq; ventis, horrida tempestat cœlum commovit & undas. Fatigatis igitur nautis, nec ultra valentibus obniti, fractis remis, funibus ruptis, cadentibus velis, spes salutis amittitur, & nihil nisi submersio nis indicium miserabiliter expectatur. Cumque de salute corporum desperati, animarum curam solummodò Creatori suo magnis clamoribus commendarent, & Beatissimam Dei Genitricem MARIAM miserorum scilicet refugium & desperatorum spem devotè invocarent; subito quendam venerandæ habitudinis virum Pontificali infula decoratû, quasi inter undas navi proximum viderunt. Qui advocans ad se Helsingum Abbatem, his verbis cœpit compellere eum: Vis (inquit) periculum evadere vis in Patriam sanus ire? Cumque ille cum fetu in toto corde desiderare id solum se & expetere responderet; tunc ille: Scias (inquit) me ad te à Domina nostra Dei Genitricis MARIE, ad quâ dulciter reclamasti, directum; & si dictis meis obtemperare volueris, sanus cum comitibus imminens evades periculum maris. Spondet ille illico se ei in omnibus obtemperaturum, si hoc evaderet periculum. Promitte (inquit) mihi & Deo, quoddam diem Conceptionis & creationis Matris Christi celebrabis & celebrandû prædicabis. At ille, ut vir prudentissimus: Et quis (inquit) mihi dies hoc festo erit celebrandus? Sexto (ait) Idus Decembris hoc festum tenebis. Et quo (inquit) officio utemur in Ecclesiastico obsequio? Omne (inquit) officium, quod dicitur in Nativitate ejus, dicitur in Conceptione, excepto quoddam nomen Nativitatis mutabitur in nomen Conceptionis. His dictis ille disparuit, & citius dictu sedata tempestate, Abbas cum suis incolumis concito flatu applicuit Anglicis littoribus; & quæ viderat & audierat, quibus potuit, notificavit. Statuit autem idem festum in Ramensensi Cœnobio solemniter celebrari, & ipse quoad vixit devo-

devo-